Quantum ad secundum sciendum: q; tunc q̄s vadit in domum suam: quando operatur secūdū rectam conscientiam. Naz q; domus significet cō scientiam patet per illud Eccī. xxvij. Nisi tenuerit te instanter in timore domini cito subuertetur domus tua. i. conscientia tua. Tertium seruāduz est: q; ita quis ingrediatur domum suam. i. conscientiam: ad diligenter perscrutanduz: q; nō intret alienam curiose inquirendo vitam aliozuz: quia minus tunc vocare poterit. Unde dicitur ꝓuer. xxiij. Non queras impietatem in domo iusti. i. i conscientia: nec vastes requiem eius. Reuertendo autem ad secundum membrum. Notandū q; ad hoc vt conscientia sit recta: debet se habere ad moduz domus materialis peroptime dispositē: quā dispositionem notat salomon prouer. ix. Ubi dic Sapientia edificauit sibi domum. i. conscientiā: ⁊ excidit colūnas septē: īmolauit victimas: miscuit vinum ⁊ posuit mensam. Est ergo prima cō ditio domus bene dispositē vt cōgruenter edificetur. Unde dicit. Sapientia edificauit sibi domū. Secūda est vt firmiter sustentetur. Unde subdit. Excidit colūnas septem. s. ad sustentandum. Tertia vt delectabiliter ibi quieretur. Unde cōcludit. Imolauit victimas: miscuit vinum: ⁊ posuit mensam. Certe huic domui sic bene dispositē cōgruit illud dixit christus zacheo. Salus huic domui facta est Luce. xix. Et quilibet sic conscientiam suā deberet aptare vt sic esset recta. Unde in figuram dictum fuit: ezechie dispone domui tue. i. conscientie eam ordinando. Quantum ad primum. s. ad hoc vt domus conscientie congruenter edificetur: oportet q; fundamentum iaciatur solidū: paries erigatur in altum: tectum ponatur desursuz: solaria intra multiplicentur in medium. Solidū autem fundamentum est petra: petra autem erat christus ait aplus. i. significat christum. Et fūdamentuz aliud in domo. s. recte conscientie: nemo potest ponere preter id quod positum est. s. dominus ihesus. j. ad Corin. iij. Hoc est fides eius. Unde ⁊ saluator noster loquens de viro sapienti dicit: q; edificauit domum suam supra petram. Math. vij. i. conscientiam suam super verā fidem doctrine eius. Et ideo vt subditur ibi: descendēte pluuia s. temptationū que sunt a demonijs existentibus in aere: ⁊ flantibus ventis ambitionis ⁊ ianis glorie que sunt a mundo: ⁊ superuenientibus fluminibus concupiscentiarum que sūt a carne: ⁊ irruentibus in illam domum: non cecidit sed stetit: q; fundata erat supra firmam petram. Paries q̄ a fundamento surgit: ⁊ versus celum erigitur est spes procedens a fide: ⁊ respitiens dei promissum qui paries ad modū domus est quadruplex. Uiō licet expectatio premij in celis: expectatio venie ō peccatis: expectatio auxilij in agendis: ⁊ expectatio refrigerij in aduersis. Un aplus. ij. ad Corī. v. Habemus domum non manufactam scilicet conscientiam in celis videlicet per spem. Tectum talis domus scilicet conscientie recte est charitas de qua dī ꝓuer. x. vniuersa delicta opit charitas hec omnia sustinet sicut tectuz domus scilicet grādinem calorem ⁊ huiusmodi: que significant tribulationes. Respicit etiam tectum. in extremitatibus suis terram: quia non solum contemplatur deum in altitudine. Sed etiam inclinatur ad sufragandum proximo. In cuius figuram paraliticus iacens in lecto: a quibusdam per tectuz dom⁹ fuit submissus ante christum ⁊ inde curatus: vt habetur Math. ix. ⁊ luce. v. Solaria hui⁹ domus sunt quattuor de quibus dicitur sapientie. viij. Sobrietatem ⁊ sapientiam docet iusticiam ⁊ virtutem quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Est igitur primum solarium: sobrietas seu tē perantia que facit abstinere a superfluis delectationibus: ⁊ in hoc solario sunt plures camere siue officine scilicet virtutes ei annexe: de quibus nunc non oportet dicere breuitatis causa. Secundum solarium dicitur sapientia que precauet insidias in agentibus: habens cameras suas videlicet vtutes annexas. Tertium est iustitia in malis vitandis proximorum in miseris subleuandis: habens ⁊ ipsa multas cameras id est virtutes annexas. Quartum est virtus id est fortitudo in perferendis molestijs cum suis cameris id est virtutib⁹ annexis. Uade ergo in domum tuam id est conscientiam sic recte edificatam de solario in solarium, ⁊ de officina in officinam: ⁊ de camera in cameram virtutum discurrendo: ⁊ sic recte operaberis. hāc tamen domum conscientie non tu sed principaliter deus edificat. Et ideo bene dicitur q; sapiētia scilicet xps edificauit tibi domū. Quantū ad secundum ad hoc vt domus firmiter sustentetur cum lata est ⁊ alta: requiruntur plures colūne que sustineant pondus. Septem autem colūnas sapientia excidit ad stabiliendum ⁊ sustentandū domum conscientie. Alias propter diuersos impulsus vitiorum corrueret. Et sunt septem columne: septem conditiones vere penitentie: quas ponit aplus. ij. ad Corin. vij. dicens. Que enim secūdū deū tristitia ē penitētia i salutē stabilē opat

Operatur enī in nobis ſolicitudinē ſz deſideriū. ſed defenſionem: ſed indignationem: ſed timorē. ſed emulationē: ſed vindictā: ſm Hug. cardinalē.

Eſt igitur prima colūna ſolicitudo. ſ. ad bene cuſtodiendum ſenſus ſuos qui ſūt feneſtre anime ſeu porte: per quas ingreditur diabolus: vt furet theſaurum virtutuz. Unde ſolicite vigilare oportet. Quod docet chriſtus Math. xxiiij. Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq; t non ſineret perfodi domum ſuam. Secūda eſt deſideriū. ſ. placendi deo: qui eſt feruor charitatis multum domum conſcientie fortificans: t t abſorbens peccata quotidiana: ſicut ignis gutas aque. In huius figuram zacheus deſiderans chriſtum videre: t nō valens propter paruitatez ſtatuere: aſcendit in arborem ſicomorum propter quod deſiderium chriſtus dixit. Deſcende quia i domo tua oportet me manere. Aſcenſio autez in arborem ſignat aſcenſum mentis per meditatōez t affectum ad crucem ſeu paſſionem chriſti. Circa quod dicit bern. ſuper Can. Quid efficati⁹ ad curandum conſcientie vulnera: necnon ad purgādum anime mentem q̄ chriſti vulnerum ſedula meditatio Tertia colūna dicitur defenſio: vt ſi eum inimicus vult circūdare domum conſcientie t intrare per deſperatōem: vel laſciuiaz vel per alia vitia: defendat ſe quis viriliter reſiſtēdo: quod quia non fecit mulier que fuit poſita ad cuſtodiā domus yſbozet regis iſrahel: ſz dormitauit intrā tes duo principes latronum domum occiderunt ipſum regem percutientem in inguine. Ut habet ij reg. iij. Ad figurandum q̄ ſi mulier. i. ratio nō defendit ſe contra temptatōes ſed dormitat: occiditur animus t domus conſcientie ſpoliatur.

Quarta colūna dicitur indignatio contra ſe ipſum deteſtando peccatum cōmiſſum in quātū eſt dei offenſa. Et quanto quis magis indignatur t deteſtatur peccatum: tanto fortior eſt columna. Non autem debet quis indignari contra naturā peccatoris vel contra perſonam eū ad miſericordiam ſuſcipientis. Sicut indignatus eſt frater prodigi de patre ſuſcipiente ipſum prodiguz reuertentem ad penitentiam t ad domū paternam adeo indignatus q̄ noluit in domū introire. Sed ipſe prodigus indignatus ꝓtra ſuam culpam intrauit domū t honorabiliter ſuſceptus eſt. Quinta colūna eſt timor: qui in peccatoribus aliqualiter diſpoſitis in ꝓſcientia ſolet eſſe principaliter ō penis inferni. Et hic timor licet non ſit ſufficiens ad ſalutez tamen cauere facit a multis malis: t ideo bonus. Timor enim domini expellit peccatū: vt dī Eccī. i. Sed in recte conſcientiaris timor iſte ē de non offendendo deum: ne amittatur gratia beniuolentie eius. Et iſte eſt neceſſari⁹. Unde Eccī xxvij. dī. Niſi tenueris te inſtanter i timore domini cito ſubuertetur domus tua. Sexta colūna ē emulatio: illa videlicet de qua dicit aplūs. Emulamini cariſmata meliora. j. Corint. xij. Hec emulatio importat affectum magnum habendi bōa ſpiritualia que videt in proximo: cum quadaz triſtitia de defectu illorum bonorum que in ſe eſſe nō videt. Et hoc facit hominem laborare ad profitiendum in via dei. Hanc emulatōez videtur habuiſſe martha: que chriſtum accepit in domuz ſuā: vt habetur luce. x. propter quod quaſi dolens q̄ ſoror ſua erat magis dedita ſpiritualibus: quia ſedens ſecus pedes domini audiebat verbum illius dixit chriſto: domine nō eſt tibi cure q̄ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare Septima colūna dicit vindicta. i. punitio ꝺ ipſis peccaris. Quāto enim quis plus peccauit t grauius: tanto magis debet dolere t ſe corporaliter affligere. Eſt enim penitentia: vt dicit aug⁹. quedam dolentis vindicta puniens in ſe quod dolet cōmiſiſſe. de pe. diſt. iij. Quod optime ſeruauit maria magdalena: quando intrans in domum vbi chriſtus erat: ſtans retro lachrymis cepit rigare pedes ē. Luc. vij. Has igitur ſeptem colūnas domū ꝓſcientie ſuſtentantes ſapientia chriſtus excidit ex ſe procedentes: proponens etiam homo per liberum arbitrium in domo conſcientie habitare: ſupponit has etiā colūnas. Uade ergo in domuz ad huiuſmodi colūnas ſupponendum vel refitiendum. poſſunt ēt intelligi per has colūnas ſeptem dona ſpiritusſācti. Quantum ad tertium principale dico qō ad bonitatem domus requiritur q̄ delectabiliter ibi homo quieſcetur. Dicitur enim prouer. xxvij. q̄ fumus ſtillicidium t litigioſa mulier expellunt hominem de domo. Et hoc ideo quia inquietāt ipſum. Et fumus quidem qui in altum aſcēdit ē mētis elatio. Mulier litigioſa eſt ſenſualitatis ꝓ tradictio ad ſpiritum. Stillicidiuz eſt peccatoruz t ſi paruorum vilipenſio: ſeu curatōis eorum neglectio. Sed diuina ſapientia in domo conſcientie quaz edificauit vt ibi ſit quies t letitia: poſuit mēſam ſacroruz eloquiorum: bonorum ſpiritualiū: que defendunt nos contra volentes inquietare. Unde p̄s. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me: immolauit victimas i. ſacrificia chriſti t ſanctorum quibus ſeipſos obtulerunt morti. Propoſuit vt in eucariſtia t aliis ſacramentis. Sic pater filio prodigo in domū reuerſo obtulit vitulū ſaginatum in eſum. Miſcuit etiam vinum quod letificat cor hominis: t omnem mentem facit ſecuraz: vt dicitur. q. eſdre. ix. id eſt ſpiritualem conſolationem t letitiam. De qua domo cōſcientie ſic preparata dicit ſapiens. Intrās i domū meaz. ſ. ꝓſcie ꝙqueſcā cū illa. Nō enim habet amaritudinez conuerſatio illius: nec tedium ꝙictus illius: ſz letitiā t gaudiū ſa. vij.

pſalē gñi rauſā & ſep tē fructib.

Capitulum Decimum

Quod gaudium cauſatur ex ſeptem fructibus ipſius bone conſcientie: quibus fruitur. ſ. in vita preſenti ⁊ horum primum eſt: Quia ipſa eſt radix charitatis. Unde. j. ad tim. j. finis precepti eſt charitas de corde puro ⁊ conſcientia bona. ſ. ꝓcedens. Et Bern̄. in li. de conſideratione. Fortitudo tua fiducia fidelis conſcientie. Secund⁹ fruct⁹ eſt nitor veritatis. Unde. p̄s: orabat. Dirige in cō ſpectu tuo viam meaz. glo. in conſpectu tuo. i. in conſcientia vbi ſolus deus videt: via que ducit ad patriam eſt via veritatis. Et ſubdit. Quoniā nō eſt in ore eorum veritas. ſ. inimicorum qui falſo opinant de conſcientia alterius. Sed vt ait Gregl. Liber inter accuſatores eſt quem conſcientia non ꝑhendit. xi. q. iij. inter v̄ba. Tertius fructus eſt ornatus venuſtatis. ſ. anime que ē ſponſa x̄pi. Unde dicit ipſe ſponſus anime ſancte. Quaz pulchra es amica mea: q̄ pulchra. ſ. quo ad interiorem diſpoſitōem ⁊ exteriorem conuerſatōem. Et ideo dicit bis pulchra: oculi tui columbaruz per diligentem circunſpectōem: abſq; eo quod intrī ſecus latet. ſ. in conſcientia per bonorum ornatuz ſ. oppoſitionem. Quartus eſt retractorum a peccatis. Quem enim cōſcientia mordet ⁊ ſtimulat q̄ aliquid ſit illicitum: per hoc retrahit a peccato in quo labi poſſet. Conſiderat enim illud iacobi. iiij. Scienti bonum ⁊ non facienti: peccatuz eſt illi. Et. ij. petri. ij. Melius eſſet illis veritatis viam non agnoſcere: q̄ poſt agnitam retroire. Nec tamen propter hoc fugiendū eſt ad latebras ignorantie: vt dicit Augl. Quia affectata ignorantia peccatum auget non minuit. Et q̄ conſcientia retrahat a malo ⁊ prouocet ad bonum: oſtenditur prouer. xij. vbi dicitur. Eſt qui promittit: ⁊ quaſi gladio pungitur conſcientie. Nam inſtinctus conſcientie promittit premium benefacienti: ⁊ pūgit minando penaz eternā bona negligenti. Quintus eſt theſaur⁹ honeſtatis: de quo Eccī. xiij. Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſciē tia. Quod tam de ſubſtantia rerum terrenarum q̄ ſpiritualium intelligi poteſt: vt. ſ. nec de virtutibus nec ſcientia ſupbiat: ⁊ tpalia illicite non retineat: Hinc caſſiodorus in epl̄is. Quid acquiri aut putatur: vbi bona cōſcientia perditur: aut i qua parte poſſit homo proficere: ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe. Sextus eſt teſtimonium bonitatis Ad ro. ij. Teſtimonium illis reddente conſcientia ſua. Unde gregl. ſuper ezech. Quid p dē ſi omnes laudent ⁊ conſcientia accuſat. Aut quid poterit obeſſe: ſi omnes derogent ⁊ conſciē tia defendat. Et bern̄. ſup cāti. Omo ſufficit ſi adueriū nos loquētiū ūqua: opinio bonorū cuz teſtimonio ꝓſcie. Septim⁹ fruct⁹ hōe ꝓſcie ē quuz delectabile. Nā vt dicitur prouer. xv. Mēs ſecura quaſi iuge conuiuium: ſecuritatem aute mētis facit bona conſcientia. Unde ⁊ ſapientia paratuit menſam: miſcuit vinum: quod vinum etiam intelligi p̄t de ſanguine x̄pi: qui pricipaliter operatur conſcientie bonitatem. Unde apoſtolus ad hebre. ix. Sanguis chriſti mundauit conſciētias noſtras. Quantum ad quartuz de ornatu domus requiritur q̄ ſit picturata. ſ. exemplis ſāctorum edocta. Unde quidam rex turpis ſpe cubiculum ſuuz depingi fecit pulcherrimis imaginibus vt earum aſpectu vxor ſua pulchrum pareret filium. Cur chriſtianus domū ſue conſcientie in memoria bonorum exemplorū nō depinget: vt vxor ſenſualitatis proles virtutum gigneret. Secundo requiritur ad ornatum domus q̄ ſit odoriꝰ non fetoribus referta: quod fit per bonam famā: ex honeſta conuerſatione ⁊ virtuoſa. Unde apl̄s ij. Corin. ij. Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Et in figuraz huius dicitur de domo vbi chriſto facta eſt cena a Martha ⁊ maria. Quod domus repleta eſt ex odore vnguenti Johan. xij. Tertio pertinet ad ornatum domus: vt ſit bene illuſtrata lumine gratie: vel lucerne lumie ſcripture veritatis. Unde etiam in figuraz: mulier vt adinueniret dragmam accēdit lucernaz ⁊ euertit domū: vt habetur pabolice: Luce. xv.

ꝓſalē domq. ⁊z eē pulcrīm. ob zelq; reffecta. hōe illuſtrata.

Sed queri p̄t .§. VII.

vtrum quid ſcire valeat ſe habere rectam conſciētiam lumine. ſ. gratie illuſtratam: an non. Ad q̄ reſpondetur ſm alexandrum de ales: q̄ ſeptez ſūt differentie hominum circa huiuſmodi attendende. Aliqui enim putant ſe habere bonaz conſciētiam ⁊ gratiā ſeu charitatem: ſed neutrū habēt: Alij ſciunt q̄ illam non habent. Alij dubitant ō hoc. Alij opinantur q̄ habeant gratiam ⁊ bonā cōſciētiam. Alij experiuntur: ſed non habent de hoc ſcientiam. Alij hoc ſciunt tantuz per reuelationem: ſeptimi hoc ſciunt per cauſam ⁊ certam viſionem. Primi ergo ſunt infideles ⁊ hereticī immo etiam chriſtiani quidam tepidi: qui nō luſtrantes ꝓſcientiā ſuam: ex ignorātia craſſa mortalia crimina non credunt mortalia eſſe. Unde in his perſeuerant: ⁊ ſacramentum eucariſtie idigne percipiunt: propter quod dicit apl̄us. j. ad Corī. xi. probet ſeipſum homo. i. conſcientiam examinet: ⁊ ſic de pane illo edat. In tali cecitate fuit aliquando Paulus vt ipſe teſtatur. Nam captus a romana militia hieroſolimis iudeos ad quorum petitionem captus fuerat ſic alloquitur. Ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante deum vſq; in hodiernum diem Act. xxiij. Qui tamen perſecutus fuerat eccleſiam putans benefacere.

ꝓ de recta q̄ſtio ſint due ſpēs:

Secundi ſunt qui ſciunt ſe habere non bonam conſcientiam: vt hi qui ſciunt ſe eſſe in mortali pcco actu uel propoſito: non penitentes ad

 Sanctus sua sunt aliqs spelunca latronum.

quos potest illud dirigi Ecc. vij. Scit conscientia tua quia tu crebro maledixisti alijs. Tertij sūt qui dubitant se habere bonam conscientiam: qui s. habent rationes eque fortes ad hoc q sint i gratia: sicut ad propositum: puta cum vident se esse tepidos in amando deum: non habendo affectuz orandi 7 ad alia spiritualia. Uel multuz remissū parum doloreż sentire de peccatis 7 huiusmodi. Et ex opposito considerant nullam voluntatem se habere peccandi mortaliter: sed proposituz abstinendi: detestari peccata cōmissa ratiōe 7 huius modi. Tales dicere possunt illud apostoli. Nihil mihi cōscius sum: sed non in hoc iustificat' sum. j. ad Corin. iiij. Quarti opinantur se habē bonam cōscientiam 7 se esse in gratia: etiaz probabiliter cuz formidine tamē aliqua de oppositō. Sicut illi que vident se feruentes in amore dei 7 pximi: 7 amare lugere dei offensas: paratos ad sufferendum aduersa: sentiunt tamē aliquando rebellionem carnis ad spiritum 7 fragilitatez: Et hi dicere valent illud. ij. ad Corin. j. Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre: q in simplicitate 7 sinceritate dei 7 non in sapientia carnali: sed in gratia cōuersati sumus. Quinti experiūtur se habere gratiam a bona conscientia: sicut illi q̄ sentiūt dulcedinem diuine bonitatis in oratione: 7 gustāt q̄ suauis est dominus. Ad quod inuitat ps. Gustate 7 videte quoniā suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo: gustate ait scilicet notitia ex re perimentali 7 affectiua causata ex re vnita sensui gustus. s. 7 affectui. Uidete. s. contemplando eius bonitatem: quoniam suauis est dñs anime querenti eum gratie 7 possessionē. Beatus vir qui sperat in eo. s. habens conscientiaz bonā. Nam q̄ conscientia bona significet spem patz ex illo apli. j. ad Thimo. j. Charitas de corde puro. s. procedit 7 conscientia bona: vbi glosa. i. spe vaque causatur ex dei amicitia: sicut 7 spes causatur ex bona conscientia. Ista tamen cognitio non est per medium infallibile: sed per signū. Et q̄ de bona cōscientia queat haberi experimentalis cognitio probatur Apo. ij. Ubi dicitur Uincenti dabo manna absconditum vincenti. s. vitia. dabo manna adsconditum. i. dulcedinem ex inhabitatione christi in domo conscientie: absc̄ditum: quia ab alijs non videtur nec clare a se ipso: 7 sic sentitur. Et dabo ei calculum candidum. i. habituz gratie 7 charitatis: que gratia lucet 7 mundat: inde dicitur candidum. Calculus autez hic dicitur carbunculus: 7 nouū scriptum quod nemo scit nisi q̄ accipit: hoc nomen est quo filij dei per adoptionez efficimur. Sexti sunt qui sciūt se habere bonā conscientiam 7 gratiam per reuelatōez dei: quod habuit abraham qñ dominus ei dixit per āgelum Nunc cognoui quod timeas deum Gen. xxij. Lo

gnoui. i. cognoscere te feci: q̄ timeas deum. s. timore filiali: qui sine gratia 7 cōscientia bona esse nō potest. Septimi sunt qui sciunt per causaz rei vel ratione rei: vt hi qui clare viderunt diuinam essentiam in vita presenti: sicut moises i veteri testamento 7 paulus in nouo quando raptus fuit vsq̄ ad tertium celum. Unde ipse dicebat. Certus sum quod nec mors nec vita ꝛc. separabunt nos a charitate christi Ad Ro. viij.

Hec ergo bo §. VIII

na conscientia dicitur dom': de qua christ' dixit. Domus mea domus orationis vocabitur. Et de mala subdit. Uos autem fecistis illam speluncaz latronum Math. xxi. Facit aliquis domum pscientie speluncam latronum ex septem malis que reperiuntur in ea. Et primum est quia bellum intestinum generat: dum vna cogitatio alteri recalcitrat. Seneca. Timidum non facit animuz: nisi reprehensibilis vite conscientia. Secundū malum est: quia proximum enecat quia cuz quis ab intra habituatus mala cōscientia: ad extra mala operari incipit: proximo causa ruine insistit. Unde apl's. j. ad Corin. viij. Siquis viderit cuz qui habet conscientiam in idola recūbentem: nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad mā ducandum idolatria: 7 peribit infirmus frater in conscientia tua. Tertium munda immunda sibi aptitat seu facit. Ad thitū. j. c. Omnia munda mundis inquinatis autem 7 infidelibus nihil est mūdum: sed inquinata sunt eorum mens 7 cōscientia. Quartum malum est: quia difficilez viam partitur cuz iniustis: qui dicunt Sap. v. Ambulauimus vias difficiles. Quod contrariuz suadet apl's ad hebre. x. dicēs. Accedamus ad sacerdotem magnum christum cum vero corde in plenitudine fidei asperi corda a cōscientia mala. Dic 7 Seneca. Mala pscia sepe tua est: secura nūq̄.

Quintum ad errorez aduuat: ita vt nō nūq̄ ad hereſiz inducat. j. ad thimo. iiij. In nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendētes spiritibus erroris 7 doctrinis demoniorum i Ipocrisi loquentium mendatium 7 cauteriatā habētium suam conscientiam. i. corruptam 7 concupiscentiam aduſtam. Sextum ad iehennam edificat. Omne enim quod est contra conscientiaz etiam erroneaz si durat vel q̄ non est ex bona cōscientia: edificat ad gehennam. xxviij. q. j. Oēs.

Septimū malū est q̄ tristitiam pmunit i magnū grauamen anime Sap. xvij. Semper presumit seua 7 pturbata pscia. Et Isidor'. Nulla pena grauior q̄ mala pscia.

De cōscientia §. IX.

scrupulosa pōt expōi illō ps. Saluū me fec̄. de

de ꝙ dā scrupulosa tria sūt notanda.

Capitulū Decimum

a pusillanitate spūs ⁊ tēpestate: ubi tria pñt nō: i. Primū est scrupulose consciē sanatio: ibi saluum me fecit.
Secūdum est scrupulose consciētie causatio: ibi A pusillanimitate.
Tertium scrupulose ꝓsciētie nociua aggrauatio seu propagatio: ibi: Et tempestate.

Incipiendo autem a secundo ut ordinatius loquamur. Sciendum ꝙ scrupulus est uagillatio q̄dam cosurgens cum formidine ex aliquibus cōiecturis debilib⁹ ⁊ incertis. Unde uidetur esse scrupulus id quod apud alios dicitur pusillāimitas: que est tedio seu timore rerum aduersarum mersi ⁊ inconsiderata tracti animi deiectio. Et sic utrū ꝙs. s. tam scrupulus q̄ pusillanimitas importat inordinatum timorem. Unde ipse scrupulus a quibusdam uocatur erronea conscientia: ab aliis timor conscientie: ⁊ ab aliis pusillanimitas: contra quod dicitur Eccī. vij. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Sciendum autem ſm albertum in li. de quattuor coeuis: ꝙ differentia est inter scientiam: fidem: opinionem: dubitatōem: et scrupulū: seu suspitōem. Nam scientia proprie est eoꝝ que cognoscuntur per causam ⁊ quia impossibile est aliter se habere. Fides autez est perfecta persuasio vnius partis seu conclusionis per multa probabilia uel auctoritatem dicentem. Et hoc etiā appellatur credulitas ⁊ conscientia. Opinio autem est acceptio unius partis cuz formidine alterius: ita tamē ꝙ ad illaz quam formidatur: non habetur ratio expressa: formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius partis. Dubitatio vero ē interminatus motus rationis super utranꝙ partem contradictōis per equalia media ita ꝙ ñ magis pendet ad unam partem q̄ ad aliam: ⁊ hec ēt dicitur ambiguitas. Demum scrupulus ex leuib⁹ coniecturis seu mediis ⁊ multuz debilibus: mouetur ad unam partium. Et hic etiam dicitur suspitio ⁊ pusillanimitas spiritus: que repellenda est Unde dicitur. vj. q. j. ouces. Omnis suspitio potiꝰ abijcienda est q̄ acceptanda. Et ratio signatur in tertia parte cum dicitur. Et tempestate. In q̄ quidem tertia parte notatur effectus nociuus qui sequitur ex ipsa pusillanimitate seu scrupulo. Inducit enim ad quoddam tedium ⁊ tristitiā aggrauātem animum. ut nil boni ei aggre libeat: ⁊ sic uelut tempestas que descendit in egiptum cōsūpsit omne quod reperit viride. Sic tristicia procedens ex scrupulo consumit vigorem ⁊ robur animi. Diminuit etiam audatiam aliorum ad bonuz sui exemplo: propter quod domin⁹ precepit ꝙ hi qui erant cum gedeone pugnaturi cōtra hostes formidolosi ⁊ pusillanimes: non irent cum aliis: sed reuerterētur domuz: ne uidelicet ex timore fugiendo aliorum audatiā debilitarent: vt habetur iudicū. vij. Et in figuram scribitur ione. i. ꝙ hi qui nauigabant cum iona ꝓpheta: orta tē pestate in mari omnes timuerūt valde: sed ipso iona ab eis semoto cessauit tempestas ⁊ securi facti sunt. Inducit demum scrupulosa conscientia tempestatem desperationis a qua liberari se petebat. p̄s. dicens. Non me demergat tempestas scilicet disperationis. Unde ⁊ bern̄. Pusillanimitas parat perturbationem: perturbatio desperationem: desperatio vero interimit. In cuius figura legitur. i. Macha. ij. ꝙ quidam scrupulosi ex societate machabeorum: quia noluerunt se defendere contra hostes bellantes aduersus eos in die sabbati timentes ne propter hoc violarent sabbatum occisi sunt ab eis. Causatur autē ista scrupulositas seu pusillanimitas inducens tempestatem multorum malorum: quandoqz ex complexione ad timorez idonea: vt est cōplexio frigida: puta in feminis vetulis ⁊ melancolicis. Timor enim naturaliter ſm damascenum coꝛ constringit sicut ⁊ frigida constringunt ⁊ congelationem faciunt. Ad quem motum contractionis imaginatio mouetur a timoris dispositione ita vt cōcipiat q̄s aliquod esse futurum malum: ⁊ per consequens fugiendum. Quandoqz causatur pusillanimitas seu scrupulus ex egritudine manica vel melā colica: que est infirmitas capitis per quaz leditur imaginatio ⁊ quandoqz ratio. Unde Galienus ⁊ Auicenna dicunt: ꝙ mania est infectio anteriꝛis cellule capitis cum diminutione imaginationis. Melancolia vero est infectio medie cellule capitis cum diminutione rationis. Causatur ⁊ aliquando scrupulus ex temptatione diabolica potest enim diabolus deo permittēte mouere melancolicos humores in homine: per quos imagiatio vel errare potest: aut turbari ad timorez inordinatum. Unde ⁊ Auicenna dicit ꝙ quibusdam medicis visum est: ꝙ melancolia contingat a demonio. Aliquando vero procedit pusillanimitas seu scrupulus ex reginimis coꝛpalis negligentia scilicet per nimiā abstinentiam: vigiliam ⁊ huiusmodi. Unde Hieronymus. Rationalis hominis dignitatem amittit: qui vel ieiuniū charitati aut vigilias p̄fert sensus ītegritati: vt per īmoderatā abstinentiam atqz indiscretam psalmoꝝ vl̄ officiorum decantationem: aut amētie: aut tristicie. i. melancolie incurrat notam. de cōsec. dist. v. Non mediocriter. Aliquando causantur scrupuli ex societate timidorum. Nam vnus scrupulosus facit alium scrupulosum. Remouēde igitur sunt huiusmodi cause ne ipsa pusillanimitas tempestatem inducat: et demum in infernum deuoluat. Quod inde consequi ostendit. p̄s. qui postꝙ dixit. Non me demergat tempestas vt expositū ē

est dā inter scāz fidē opiōez dubitatiōnē scrupulū seu suspitiōnē.

Subdit neq3 absorbeat me ꝓfundū. ſ. infernus.

Quomodo aũt .¶.x.

remoueatur talis ſcrupulositas declarandū3 eſt: nũc reuertẽdo ad primã partem vbi dicitur. Saluũ me fecit. ſ. ab huiuſmodi. Saluat ab iſto malo: ſicut ꝛ ab alijs cũctis principaliter deus. Vñ ꝛ dixit ſara vxor thob: oño loquẽs poſt tẽpeſtatem ſ. ſcrupuloſitatis trãquillũ facis. Saluũ aũt facit ab huiuſmodi tãq̃ ꝑ inſtrumẽta per morales medicos: ꝓlatos: ꝛ ꝓfeſſores: cõſultores idoneos. Nõ aũt debẽt ſcrupuloſi dure corripi: ſed animari ad deponẽdum puſillanimitatẽ ꝛ ſcrupulum: oſtendendo pericula ſuprad̃icta: niſi ſequat medici ſpiritualis monitum. Septẽ aũt ſunt regule quarũ adminiculo ꝓſcia ſcrupuloſa ſeu erronea deponi põt ꝛ debet: ꝛ ſic ſaluari. Primũ videlicet debita ad gr̃iam dei ꝓparatio. Secũdũ ſolicita ſacre ſcripture idagatio. Tertiũ oꝛonis deuota ꝓtinuatio. Quartũ opinionis alicuꝰ tuta electio. Quintu3 obedientie humilis imitatio. Sextũ ſcrupulorũ animoſa obiectio. Septimũ ꝓceptorũ diſcreta epicaizatio. i. interꝓtatio. Que septẽ iubet hẽ eterna ſapientia. ꝓuer. ij. Et ſi nõ fm ordinẽ poſitum dicẽs. Si ſuſceperis ſermones meos: ſubaudi mõ debito quo ad ſeptimum ꝛ mãdata mea cuſtodieris penes te. ſ. obſeruando: ꝛ ſic te ad gr̃iam ꝓparãdo quo ad primum. Si ſapientiã inuocaueris. ſ. per oꝛõem: quo ad tertiũ: ꝛ inclinaueris cor tuu3 ſ. per obedientiam: quo ad q̃ntum: prudentie. ſ. eligendo opinionẽ3 tutã quo ad quartũ. Si queſieris eam quaſi pecuniã: quo ad ſextum. ſ. animo ſe abijciendo ſcrupula: tũc intelliges timorẽ dñi: ꝛ ſciam dei inuenies: q̃ facit rectã conſcia3. Pria igitur regula eſt: vt quis ſe ad gratiam ꝓparet: quãtũ põt: ſeruando mandata dei: de peccatis ꝓpetratis dolendo ꝛ cõfitendo. Nã quicũq3 facẽ qõ in ſe ẽ fm tho. in. iiij. nulli tali abſtrahit de gratiam ſed infallibiliter infundit: ꝛ lumẽ doni: ſapientie: ſciẽtie: cõſilij: ꝛ intellect⁹ tribuit: quibus iuuari põt ad depoſitõem erronee cõſcie. Unde ipe dicit ꝓ hieremiã. c. iij. Cõuertimini filij: reuertẽtes quãtum. ſ. in nobis eſt: ꝛ ego ſaluabo aduerſiões vias. Et ꝓ ezechielẽ. c. xviij. Nunquid voluntatis mee eſt mors impij: ꝛ ñ vt potius cõuertatur ꝛ viuat. Et ꝓ Iſa. xlix. c. dicit. Nũquid obliuiſci põt mulier infantem ſuu3: vt non miſereatur filio vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ nõ obliuiſcar tui. Figurã huius habes. ij. Reg. xiiij. in abſolone fratricida recepto ad gratiã a patre ſuo dauid: recognita offenſa ſe humiliando. Secũda regula eſt ſolicita ſacre ſcripture indagatio. Unde dic̃ ſalomon: ſi queſieris eam quaſi pecuniaꝫ amatores mundi: q̃ ſtudiũ habẽt acquirẽdi pecunias: ꝓceptorẽ querũt ꝓmo bene doctũ in arte: ꝓ quam volũt acquirere pecuniam vt doceat eos ſubtilitates ꝛ modos acquirendi exinde ſunt ſoliciti ad vidẽdum ꝛ recolligẽdum libꝛos ſuoꝝ ꝓputoꝝ auxilia etiam querũt aliorũ: ꝛ ſic etiaꝫ ſpualiter queri oꝛ ſapiẽtia ſcripturaꝝ diuinarũ. Unde prouer. i. dicitur. Audiẽs ſapiens ſapiẽtioꝛ erit: ꝛ intelligẽs gubernacula poſſidebit. Animaduertet parabolam ꝛ interꝓtatiõem vba ſapiẽtum ꝛ enigmata eorũ Hinc Hiero. ad paulinũ. Intellige te i ſacris ſcripturis ſine ꝓuio ꝛ mõſtrante ſemitam: nõ poſſe ingredi. Et exemplificat de q̃buſlibet artibus: ꝛ de paulo qui poſt annos. xiij. ꝓtulit cũ apoſtolis euangeliũ: ꝛ ſaluatoꝛe nõ duodẽni interrogãte doctoꝛes in tẽplo: deinde oꝛ quis aſſiduus eſſe i lectione ſcripturarũ. Uñ Hiero. ad nepotianũ. Scripturas ſepius lege: imo de manu tua nũq̃ ſacra lectio deponatur: Diſce q̃ doceas. In huius figuram mãdauit dñs exo. xxxviij. vt vectes quib⁹ põtabatur archa: iugiter anulis ipius arche eſſent inſerti: ne cũ haberet tranſferri moꝛa fieret de tranſmittẽdis vectibus. Ad ſignãdum q̃ qui habẽt alios docere: ꝓ eos eccleſia quaſi circũferẽt: debent ꝓtinuo adherere ſtudio ſcripturarũ: fm quadruplicẽ ſenſũ ſignificatũ per quattuoꝛ anullos: ne cũ habent alios inſtruere tũc querãt addiſcẽ. Tertiuꝫ eſt oꝛationis deuote cõtinuatio. Unde iaco. i. dicitur ſi quis veſtrum indiget ſapientia poſtulet a deo ꝛ dabitur ſibi affluenter. Sapiens in ſe expert⁹ ait. Inuocaui ꝛ venit in me ſpiritus ſapientie qui ſpiritus ẽ vnctio que docet de omnibus: vt dicitur in prima canonica Joh. ſcilicet neceſſarijs ad ſalutẽ3. Sic ꝛ Salomon poſtulãs ſibi dari ſapientiam ad recte iudicandum populum vbi occurrunt multa dubia obtinuit eam. iij. Reguꝫ. iij. Et ioſaphat rex ad dominum inquit. Cũ ignoremus quid agere debeamus: hoc ſolum reſidui habemus vt oculos noſtros ad te erigamus. Et ꝑcipue oꝛatio valet ad tollendum ſcrupulos ꝓut ꝓcedunt ex temptatiõe diaboli quod figuratũ eſt Mathe. xviij. i demoniaco lunatico ſanato a chriſto: qui proꝛiebat illum obſeſſum quãdoq3 in ignem quandoq3 in aquam. Sic ſcrupuloſus de vno contrario vadit ad aliud: ꝛ de eo dixit q̃ illud genus demoniorum ejcitur i oratione. Sic beatus petrus martir oꝛatione liberat⁹ fuit a ſcrupulo infidelitatis. Quartã regulam quia prolixa eſt: ponemus in fine. Eſt igitur quinta obedientie humilis imitatio: vt ſcilicet ſcrupuloſus captiuet intellectum ſuum dictis ſapientum: ꝛ obedientie ſuperioꝛum: quantuncunq3 ſcrupulus ſibi dictet aliud. Unde prouerbioꝛum. iij. dicitur. Ne imitaris prudentie tue. Et thob. iij. Conſiliuꝫ ſemper a ſapiẽte inquire. Et prouer. xxij. Ne trãſgrediaꝛ terminos quos poſſuerũt pꝛes tui. Hic ꝛ cãcellari⁹ piſiẽſis i. iij. de vita anime iquit. Unu3

¶ ſcrupuloſa q̃ſdã ſñt. nõ dñt dure corripi.

¶ ad ſcrupuloſa q̃ſdã deponẽ dã ſunt ſeptẽ regule.

¶ figm.

p̄ plandū q̄ scrupz sit ē vrden dū et obediendū.

Capitulum Decimum

hoc generale damus documentum: credere vide licet faciliter sapientiorum ⁊ bonorum iudicio: ⁊ contra cōmunes eorum sententias non leuiter sibimet formare scrupulos anxios ⁊ timidos. Et in libro de vita fratrum predicatorum narratur: q̄ cum quidam defunctus appareret alteri cuidē ordinis. ſ. predicatorum: qui erat multum scrupulosus ipso interrogante de scrupulis suis. Respōdit defunctus. Cōsule discretos ⁊ acquiesce eis. Si militer legitur de quodam discipulo beati bernardi q̄ cum non posset deponere scrupulos suos p̄ pter quod ad celebrandum non auderet accedere: dixit ei bernardus. Vade frater ⁊ in fide mea celebres. Obediuit ille simplicit ⁊ omnis ille scrupulus ꝑpetuo recessit. Sed si quis scrupulosus diceret. Utinam mihi talis esset prelat⁹: qualis erat bernardus: crederem faciliter imperanti ⁊ acquiescerem consulenti. Nunc autem cum superioris mei paruam sapientiam conspicio: non audeo meam conscientiam sue fidei p̄mittere. Respondet cancellarius. Quisq̄s ita dicis ⁊ sapis. erras et ō sipiens: debes ergo sibi obedire: non vt homini: sed vt deo iubenti cuius vices gerit. Unde luce. x. christus dixit. Qui vos audit me audit. Si tamē non contra deum iusserit. Et cum causa scrupulositatis: vt dictum est supra: aliquando procedit ex qualitate ꝯplexionis: precipue melancolice: aliquando ex egritudine superueniente manica vel melancolia: aliquando ex indiscreto vite regimine puta: per nimias abstinētias perrunebit ad morale medicum rectorem vel confessorem in huius modi adhibere remedia de consilio medicine: et scrupulosus seipsum vincat. Et si durum videat in sumendo illa remedia precipue consulta vl̄ data seu imposita ab ipso medico spirituali. Dicit enim Eccl̄i. xxxviij. Altissim⁹ de terra creauit medicinam: ⁊ vir prudens non abhorrebit eam. Nō tamen expedit in omnibus viuere medicinaliter precipue religiosis. Nam vt dicit ambro. de cōse. di. v. Contraria sunt diuine conditioi precepta medicine: lugubrare nō sinūt: vigilare nō p̄mittunt: ab omni spe meditatōis abducunt. Nec etiā scrupulosus debet timere vitam sibi abbreuiare ex obseruatione preceptorum dei ⁊ ecclesie: vl̄ obseruatōe sue religionis: dummodo ex capite suo nō addat alia magis austera. Nam vt dicit iob: Cōstituisti terminos ei⁹. ſ. vite hois: p̄ pterire nō poterūt: nec ꝑ plōgatōem nec ꝑ abbreuiatōem: Sz ⁊ si abbreuiaret ꝑ cām causas secūdas ⁊ naturales: sibi esset ad cumulum premij non peccati illa ſ. faciendo ad placendum deo: ⁊ ꝑ cōmunes regulas traditas ab ecclesia ⁊ religiosis⁹ ap̄pbatas:

Sexta regula est animosa pugnatio seu repulsio scrupulorum seu pusillanimitatis. Ad quod hortatur dominus Isa. xxxv. dicens. Confortamini pusillanimes: confortamini ⁊ nolite timere: ecce enim deus vester. ſ. adiuuans ⁊ illustrans. Unde greg. in moral. dicit: q̄ diabolus assumlat mirmeco leoni: quod animal dicitur leo formicarū: Nam formicis que minutissime sunt discurrentibus insidiatur ⁊ occidit. Sed alia animalia grandiuscula itinerando conculcant ⁊ perimūt. Sic diabolus inuestigat cōplexiones hominum: vt dic̄ greg. ⁊ quos videt parui cordis ⁊ pusillanimes et scrupulosos: ipsos aggreditur: ⁊ scrupulis ⁊ vitijs occidit. Sed a magnis spe ⁊ vigore rationis diabolus ipse prosternitur ⁊ abiḡcitur. Dinc ⁊ cancellarius in quodā tractatu suo inquit. Mille surgūt apud aliquos scrupuli: more canum oblatrantes ⁊ lacerare minātes: ipsos qui volūt ire per viam dei quos conuincere ⁊ compescere melius q̄ per contemptum nequimus. Tantummodo si contemptus ille sit timoratus ⁊ regulatus: non absq̄ brauio alterius: presertim superioris consilio. Et idem in tractatu de regulis moralibus ait. Consilium salubre est frequenter agere contra scrupulos leues ⁊ trepidos: vitando eos ad aliorum iudicium: quatenus ex consuetudine fiat homo robustus solidus ⁊ tranquillus in exercitio in spūali: Sicut etiam si quis vellet ligamentum distortum ad rectitudinem ducere: oporteret q̄ retorqueret ipsū ex parte opposita curuando: ⁊ sic reduci posset ad rectitudinem. Notandum etiam q̄ dicit cancellarius in quodam tractatu: q̄ aliqui doctores tenent quibus assentit: aliquando non tam meritorum esse credere sicut velle credere: nec dolere sensualiter de peccatis: sicut velle dolere ⁊ nō posse: probatur hoc per. ꝑs. dicentem. Desiderium pauperum exaudiuit dominus: propterea cor eorum audiuit auris tua. Et ita iudicat nos deus ꝑ superioris arbitrium: voluntatem ⁊ iudicium: ⁊ non ꝑ ea que nobis inuitis ⁊ contranitentibus portio sensualitatis inferior aduehit ⁊ perducit: qualia sunt volubilitas imaginationum ⁊ fantasiarum: Solet autem impedire proportiones scrupulorū sententia aliquarum auctoritatum non bene ītel lectarum: ⁊ ideo declarande sunt vt illa que habētur extra de spon. ſ. in dubijs tutior via est eligenda: propt̄ quod scrupulosus eligit viā rigidiorē. Sed ad hoc respondetur q̄ eligere viam tutiorem consilij est non precepti: alꝰ oporteret multos ingredi religionem in qua tutius viuitur q̄ in seculo. Non ergo de necessitate oportet tutiorem eligere: quando etiam alia via potest eligi tuta. Sicut enim diuerse vie tendunt ad vnam ciuitatem licet vna tutior alia sit. Sic ad ciuitatem celestem alius sic alius sic vadit ⁊ tute: licet aliquis tutiori modo. Item quia dicitur Eccl̄i. iij. Qui amat periculum peribit in illo. Dinc ē q̄. b. tho. ⁊ alij dicūt q̄ ille qui agit id de quo est dubium. Utrum sit

p nō q q illud agit de q dubitat si ē peccm̄ mortale nō peccat mortaliter.

mortale vel non: peccat mortaliter: quia periculo se exponit mortalis. Cum ergo in aliqua materia mortali sūt varie & ptrarie opiniões: ille qui adheret opinioni laxioris vie: videtur se exponere periculo mortalis: quia in dubio cum possit illa opinio esse falsa & ptraria vera. Sed ad hoc respondetur: q vtiq; ille qui agit scienter id de quo dubitat esse mortale permanente dubitatiõe mortaliter peccat etiam si illud in se non esset mortale: sumẽdo proprie & stricte dubitatõem: videlicet ꝓut rationes sunt eque ponderãtes ad vtrãq; partẽ nec magis declinat quis ad vnam q̄ ad aliam. Sed si dubitet leuiter quis: & per modum scrupuli: sicut dubitat seu formidat habẽs opinionẽ de aliquo quia ita inheret ipsi sentẽtie q̄ tamen formidat ō opposito. Sic agendo contra tale dubiũ non peccatur: dum adheret opinioni alicuius doctoris: & habet rões ꝓbabiles ꝓ ipsa magis q̄ pro opposita opinione: etiã si ipsa opinio quaz tenet no essz vera & hoc nisi ipsa opinio sumpta esset ꝓtra manifestum testimoniũ scripture vel determinatõez ecclesie. Talis enim nõ operatur in dubio mortalis: sed fm opinionem ꝓbabilem quod magis declarabitur in septima regula. Quod etiã gr̃eg. dicit Bonaz mẽtiũ est ibi culpas agnoscere vbi culpa non est. di. v. Ad eius. dicit glo. agnoscere. i. timere & non per assensũ firmũ determinare. Hoc enim stultũ essz & periculosum fm cancellarium.

p q dubitãs er dorsud iz̃tus epichey ostendit.

Septima regula est pro scrupulozuz depositione preceptorum discreta epicaizatio. i. interpretatio vel declaratio. Equitas enim quã phũs nominat epicheiã preponderat iuris rigozi fm iurisperitos. Est autem equitas iustitia pensatis omnib⁹ circũstantijs particularibus dulcore misericordie temperata. Et sapiens ait. Noli esse nimis iustus: nam nimis iustus est: qui pit in iustitia sua ptinet sũt ad vtutem epicheie ꝓsiderare nõ nudum ō sc preceptũ sed circũstantias omnes pticulariter ipz vestientes. Unde phũs. v. ethicorum dicit: epichia interpretatiua legum est melior quam iustitia legalis. Et fm hanc vtutem epicheie possum⁹ preceptа dei & ecclesie prelatoz seu iudicũ benigne interpretari cui⁹ est cõdere vel sententiari. Et i foro quidẽ cõtentioso eius est interpretari: cuius est cõdere vel sententiare. Sed in foro ꝓscientie circa ꝑceptа & humana & diuina: dico q̄ pertinet ad quẽlibet pro facto suo. Si tamẽ rationabiliter interpretetur. Et fm iohã. de amb. Septuplex doctrina per virtutem epicheie scrupulose ꝓsciẽtie proficua dari potest. Quaruz prima est inter duram & benignam circa precepta sententiam: q̄ benigna est potius ceteris paribus interpretatio facienda: quod etiam asserit Uuilh. Huius ratio est: quia precepta dei & ecclesie non sunt ad tollendaz omnem spiritualem dulcedinem: qualis certe tol-

q mortali nõ peccat nõ mutat fm eos opinionẽ iuris.

litur quando nimis scrupulose & timide precepta interpretantur. Secunda doctrina fm vtutez epicheie est q̄ nec de⁹ nec ecclesia per sua ꝑcepta intendit obligare ad vix possibile alicui. Cũ enim fm regulam iuris nemo possit ad impossibile obligari. extra de re. iu. li. vj. Non solum dicitur impossibile quod absolute non est possibile. Sed ẽt videtur interpretandum fm virtutem epicheie in lege noua esse impossibile quod vix est possibile: vt puta nimiam habens difficultatẽ: alis quomõ saluaretur illud. Onus meum leue Math. xj.

Tertia doctrina est: q̄ nec deus nec ecclesia intendit suis preceptis aliquem obligare ad hoc q̄ sit fatuus. i. talia precepta loco & tempore nõ obligant: quibus eorum obseruantia fieret ridiculosũ saltem apud discretos & bonos viros: patet igitur a simili de votis & diuino precepto deo reddẽdis: que tamen si stulta sint fm doc. nullus obligatur implere: ad quod facit glo. Inno. super. c. nouerit de sen. excõ. Quarta doctrina est: q̄ in dubijs bonorum vita alijs debet esse viuendi regula: & tãtomagis quanto meliores sunt. Unde Hiero. Int̃ bonos semper sectare meliores: propt̃ qõ & christ⁹ discipulos suos vocat sal terre: qz videlicet ex moribus probis ipsorum populi sunt condiendi. Et ratio huius regule est: quia tales fm virtutem epicheie presumi debent habere rectum iudiciuz: qa habent rectuz affectum: sicut sanus bene iudicat de saporibus: quia non habet gustum infectũ.

Quinta doctrina est: quia i his que solũ sũt mala quia prohibita: vt cõmuniter positiua preceptа: multum excusat vel in toto vel in tãto consuetudo si sit prescripta imo aliquando tollit legẽ scriptam positiuam. vt di. iij. Satuimus. & §. se. Sicut enim epicheia est interpretatiua legum: sic & consuetudo est optima legum interpres. extra ō consue. Cum dilectus. Sexta doctrina est quã tradit pe. de palude in. iij. senten. q̄ homo vbi nõ peccat mortaliter: nũq̄ incurrit sententiam excõis canonis iuris. Cum enim per excõicationẽ ab homine nullus debeat eyci ab ecclesia nisi pro mortali vero vel presumpto fm. b. tho. in iij. qz maxia pena est: sic etiam cum sententia iudicis non sit iniusta: potest homo formare sibi ꝓscientiã: q̄ vbi nõ peccat mortaliter non incurrit sententiam iuris. Septima est q̄ in quocũq; casu pretermittẽs facere hoc quod lex imponit: posset excusari a peccato: puta quia hoc facit sine cõtemptu per vtutem epicheie ratione alicuius periculi considerati qua potest fieri quandoq; contra verba legis. Reuertendo ad quartam omissam: dico q̄ ipsa est opinionis alicuius tota electio: sunt enim aliquando de aliquibus materijs moralibus doct. opiniones contrariarum: & tunc scrupulosi dubitant quam partem possunt cum bona conscientia cli-

[ſcrupulosū ꝙ saꝛ hz & diuersis doctoꝝ opiõibꝫ · cū bona ꝙscīa
pt̄ quis ee nẽ bnā pt̄ alteꝛ opiõis et ſm eā opā · eꝛclusoꝛ cõ
ſuādalo · nõ bnā · multꝛ ustd.

Capitulum Decimum

gere. Pro cuius euadatione difficultatis notãdũ. ꝙ cum bona conſcientia poteſt quis tenere vnam partez alicuius opinionis: z ſm eã operari: exclu ſo ſaltem ſcandulo: que. ſ. pars habeat pro ſe no tabiles doc. dũmodo talis opinio non ſit contra auctoꝛitatem expreſſam ſacre ſcripture: nec cõtra determinationem eccleſie catholice: z ꝙ etiam ex contrarietate talium opinionum non inducatur ad dubitandum: ſed bonam ſibi conſcientiam et credulitatem foꝛmet de eo ꝙ credit tanꝫ de ꝓbabiliоꝛi parte: z precipue quando quis adhibet diligentiam inquirendo an liceat: nec inuenit aliquid quod eum ſufficienter moueat ad hoc quod ſit illicitum. Qz ſint contrarie opiniones inter doctoꝛes ſanctitate z ſcientia maximos in via z materia moꝛali: aliquando etiam ad ſalutez neceſſaria: patet per exempla. Nam. b. tho. in. iiij. tenet qõ poſt lapſum in mortale non oportet aliquem ſtatim confiteri ſub precepto habita copia confeſſoꝛis. niſi in pauciſſimis caſibus qui ibi ponũtur di. xvij. Et cum eo tenet Ricar. Sed Hugo de ſancto victoꝛe z bonauentura ſunt in hoc contrarie opinionis. Sanctitas autẽ z magnitudo ſcientia ipoꝝ: nota eſt toti eccleſie. Neutra autem illoꝝ opinio repꝛobatur. Et ſi beati tho. opinio cõmunis teneatur que tamen nimis tuta videtur. Raimundus decretiſta z ſanctus in ſumma tenet: ꝙ participare cum excõmunicatis maioꝛi in loquela: cibo z huiuſmodi: in caſu non conceſſo: ſit mõtale vniuerſaliter. Sed. b. tho. in. iiij. z ioh. an. et archi. tenẽt ꝓtrariũ cõiter z illõ ꝓtrariũ tenẽt. Et ſic exempla innumera poſſent poni. Quod autẽ dicit. b. tho. in quodlibeto. iij. q. iiij. arti. ij. quando due ſunt opiniones contrarie de eodem: oporꝛet alteram eſſe veram z alteram falſam: Si ergo ille qui facit contra opinionem magiſtroꝝum: vt puta in habendo plures prebendas: faciens cõtra veram opinionem: non excuſatur a peccato cum faciat contra legem dei: q̃uis non faciat cõtra cõſcientiam. Hec enim verba beati thome non poſſunt intelligi: niſi ỏ his vbi manifeſte patet ex ſcriptura vel eccleſie determinatione: ꝙ ſit contra legem dei. z non de illis intelligit vbi non apparet: Alias ſibi contradiceret in eodem libꝛo: quod nõ eſt credendum. Item vlricus in ſumma dicit: ꝙ ſi quis de aliquo agendo dubio magis peritos conſulat: de quo nullam habet expreſſam auctoꝛitatem: vtrũ ita ſit vel non: dũmodo foꝛmet ſibi bonam conſcientiam: etiam ſi res aliter ſe habeat q̃ id quod ſentit z quod ſibi conſultum fuerit: excuſatur: quia fecit quod potuit: z deus plus nõ req̃rit. Itez ex reſponſis que videntur data ab alberto magno: habetur: ꝙ frater ſimplex vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliꝫ quãcũq; opinionem voluerit dũmodo alicuius doctoꝛis magni opinionem ſequatur. Hoſti. etiam die extra de cogna. ſpi. ſuper. c. Si vir. Vbi ſũt diuerſe opiniones z diuerſa iudicia: ſemper humanioꝛ eſt preferenda z equioꝛ. Et ad idez facit quod ait augꝰ. di. ix. Sana. Guilh. etiam in glo. rai. dicit ꝙ in apicibus iuris: vbi dubitant etiam ſapientes excuſabilis eſt ignorantia. Unde ſi aliquis bona fide partem illam vel illam elegerit: non debet ſuper hoc habere conſcientiam nimis ſcrupuloſaz. Item pe. de pal. ſuper. iiij. di. xvij. dicit ꝙ ſi confeſſoꝛ dubitaret: vtrum illud de quo cõfitens nõ penitet nec confitetur eſſet mortale: z ipſe confitens dicit ꝙ conſilio peritoꝝum illud fecit: de quib⁹ ex vita et ſcientia probabile eſt: ꝙ non conſulerent niſi bene: illi iudicio ſe poteſt conformare. Secus autem eſſet: ſi eſſet certus de oppoſito. Idez videtur ſentire goff. de fontibus. In his. ſ. opinionib⁹ contrarijs que tolerantur ab eccleſia vt dictuz eſt Et ꝙ debet proponere confitenti: ꝙ bene ſtudeat de hoc: ſeipſũ per prudentes informare: eo ꝙ alij tenent contrariam opinionem: maxime ſi illi cõtrarie opinionis confeſſoꝛ ſit inoꝛdinarius eius: z ſic eum abſolueret. Idem ſentit ricardus claro moñ. Non diſtinguendo vtrum confeſſoꝛ eius ſit oꝛdinarius vel non oꝛdinarius. Idez poteſt haberi ex decretali. extra de ſen. excõ. inquiſitõi taz in tex. q̃ in glo. Ubi declaratur quando mulier vxoꝛata incipit per nouam informationem dubitare an attineat viro gradu prohibito: quomodo ſe ỏbeat habere in tali dubio circa exactionẽ vel reddition debiti coniugalis. Probatur z hoc idẽ tali ratione ſm cancellarium. Non plus nocz homini errare in articulo fidei: qui non eſt declaratus adhuc ab eccleſia ꝙ ſit articulus de neceſſitate credendus: q̃ neceſſe poſſit actus moralis cõtra aliquod agibile perpetratus: quia actus non dicitur eſſe certus ex ſcriptura aut determinatiõe eccleſie: ꝙ ſit illicitus. Patet hoc ex eo: ꝙ fides ẽ taz neceſſaria ſicut virtutes morales: z ſi non amplius. Sed conſtat cõmuniter apud theologos: ꝙ i materia fidei dum doctoꝛes ſentiunt contraria: licitum eſt ante determinatõem eccleſie tenere vnã partem vel alteram ſine periculo peccati vel fidei vt patet in abbate ioachim qui tenebat cõtrariũ ad id quod magiſter ſententiarum dixerat in prima diſt. primi li. pro quo magiſtro ſententiarum eccleſia poſtmodum determinauit. extra de ſum. tri. c. damnamus. Nec tamen dictus ioachim incidit in hereſim aut perfidiam: propter hoc ꝙ dicta ſua omnia ſubiecit coꝛrectioni eccleſie. Ergo a ſimili licet vnam opinionem in moralibus tenẽ: iuxta limitata ſuperius: vbi ſaltez magis ſapiẽtes non ſentiunt contrarium: z vbi paratus eſt obedire eccleſie z ſcripture: ſi ei errorẽ explanauerit.

Solet autem mouere ſcrupuloſos z detinere

¶ de ānā aḡtione. dic in corpi.

·ex· Confirmatur hec ratio per exemplum in humano corpore. Quia corpus humanū habet ex sui natura ꝙ sit corruptibile: sed dono gratie efficit incorruptibile. i. Corin. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptōem. Ita liberum arbitrū hominis: quod ex sui natura habet ꝙ sit flexibile in malum: per gratiam potest in bono cōfirmari.

·ex· Exemplum aliud induci potest. ſ. de aere ⁊ de luce. Sicut enim aeri naturali repugnat ꝙ sit actu lucidus. Non tamen ꝙ possit illuminari: ita repugnat libro arbitrio ex eo ꝙ est ex nihilo quod sit naturaliter confirmatum in bono. Nec hoc ei nisi per gratiam concedi potest. Et sic lux superueniens aeri aufert obscuritatem aeri: quam sine luce habet naturaliter: ita ex defectu liberi arbitrĳ est: ꝙ in malum flecti potest. Et hunc defectuz aufert gratia perficiendo naturam liberi arbitrĳ: cōfirmans ipsuz in bono. Tertio probatur hoc distinctione sic. Dupliciter aliquis est perfectus. ſ. sm quid vt in via quando quis habet fidē ⁊ charitatem sm modum vite presentis: ⁊ simpliciter vt in patria quando perfecte diligit deuz. Nec tamen in via aliquis omnino perfectus est: ut in patria. Ita aliquis potest esse confirmatus in bono in via qui tamen non est confirmatus omnino in bono vt in patria. Uerbi gratia. Aliquis habet liberum arbitrium confirmatum in bono dupliciter. Uno modo simpliciter: ita ꝙ omnino peccare non potest. Sicut beati qui sunt in patria habentes in se sue firmitatis sufficiens principiuz. ſ. donum glorie: ex quo omnino peccare nō possūt Alio modo dicuntur aliqui confirmari in bono: per hoc ꝙ eis datur donuz diuine gratie: quo ita inclinantur in bonum: ꝙ non ō facili possunt deflecti a bono: non tamen per hoc donuz ita retrahuntur a malo: ꝙ omnino peccare non possint: nisi diuina prouidentia custodiente: ⁊ hoc modo aliqui in statu vie possunt confirmari in bono. ſ. ex dono gratie: ⁊ non primo modo. ſ. ex dono glorie: vt in statu patrie. Et ratio est: quia non potest aliquis omnino impeccabilis reddi: nisi auferat totaliter omnis origo peccati. Quod non contingit in statu vie nisi i domino ihesu: qui simul erat viator ⁊ comprehēsor. Et nota ꝙ quāuis liberuz arbitriuz hominis naturaliter flecti possit ad malum: non tamen sequitur: ꝙ gratia superueniens si tollat istam flexibilitatem ad malum: ꝙ propter ea destruat naturam. Non enim per hoc destruit naturam. sed perficit eam. Nam ex defectu nature liberi arbitrĳ est: ꝙ flecti possit ad malum. Sed gratia hunc defectum a natura aufert: perficiendo naturaz ⁊ in bono confirmando. Itē posse peccare ⁊ tamen non peccare: non tamen facit ad meritum quasi ad manifestationem meriti: in quantum ostenditur per hoc opus bonuz esse voluntarium: propter quod in laudez viri iusti dicitur. Qui potuit transgredi ⁊ nō est transgressus Et ideo si ex gratia conferatur alicui: ꝙ non possit peccare: non propter hoc minuitur virtus meriti. hec. b. Tho. in questionibus de veritate Rainerius. Tertio liberum arbitrium considerari pōt ut obstinatuz in malo. Quod potest itelligi dupliciter. ſ. vel in vita presenti vel in vita futura. Sed obstinatus i malo potest dici quis dupliciter. Importat etiam obstinatio quandaz firmitatem animi in peccato: a qua reuerti nō potest. Sed ꝙ quis non possit reuerti a peccato: potest

Pōt sic intelligi malo vel pctō.

intelligi vno modo. ſ. in quātum vires ſue nō ſufficiunt ad hoc: q̄ liberetur a peccaco totaliter: et ſic in mortale cadens dicitur non poſſe a peccato reſurgere: ⁊ ad iuſticiam redire. Sed ex iſta firmitate in peccato non proprie quis dicitur obſtinatus. Alio modo habet quis firmitatem in peccato: ita q̄ nec cooperari poteſt ad hoc q̄ a peccato reſurgat. Et ſiquidem iſtud non poſſe cooperari ad reſurgendum intelligitur quo ad facilitatē i. quia nō ō facili poteſt cooperari ad hoc q̄ exeat a peccato. Sic eſt obſtinatio imperfecta ſ vita preſenti: dum. ſ. aliquis habet animum firmatuz in malum. q̄ in eo non ſurgunt motus ad bonuz niſi debiles. Tamen quia aliqui ſurgunt ex eiſ datur via vt preparetur quis ad gratiam. Si autem non poſſe cooperari ad reſurgendum a peccato itelligitur ſimpliciter: ita. ſ. q̄ nullo modo poteſt cooperari: q̄ exeat de peccato. Sic ē perfecta obſtinatio: qua demones obſtinati ſunt ⁊ damnati.

Hoc autem modo non pōt liberum arbitriuz eſſe in via obſtinatum. Quod probatur auctoritate: ſimilitudine: ⁊ ratione. Auctoritate primo. probatur. Nam ſuper illud Ro. ij. ſm duritiam tuā ⁊ impenitens cor tuum cē. Dicit Aug. ⁊ habetur in glo. q̄ iſta impenitentia vel cor impenitens: q̄ diu quiſq̄ in hac carne viuit iudicare nō poteſt. De nullo enim deſperanduz eſt quādiu patiētia dei ad penitentiam expectat. Et ſubdit. Paganuſ eſt hodie. Judeus infidelis eſt hodie. Hereticus ē hodie. Scismaticus eſt hodie. Quid ſi cras āplectatur catholicam veritatem ⁊ pacez: ⁊ ſequatur catholicam fidem: ⁊ vnitatem veritatis. Quid ſi iſti quos in quocūq̄ genere erroris damnas: tāq̄ deſperatiſſimos: anteq̄ finiant vitam iſtam agāt pinitentiam: in futuro inueniant veram vitam. Nolite ergo anteq̄ veniat tempus iudicare. Dec ille. Et leo papa. Nemo eſt deſperandus dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnūq̄ quod diffidentia etatis differtur: conſilio maturiori pficitur. de pe. di. vij. Nemo. Secundo probatur idem ratione ſic. q̄ quis peccat: aut peccat ex rationis erroze: aut ex paſſione: aut ex habitus inclinatione. Et ſiquidem peccat homo ex erroze rationis: quia non in generali ſed i particulari errat: tunc ratio non ita pertinaciter inheret falſo: quī per cōtrariam rōem a tali peccato auerti poſſit. Si vero ex paſſione peccat: paſſio reſoluitur ⁊ remittur: ⁊ ſic a peccato auertitur. Si autez peccat ex habitus inclinatiōe: tunc quia totaliter habitus animam non corrumpit: poteſt a peccato auerti. Et ſic patet quocūq̄z modo vel motiuo q̄s peccet: poteſt a peccato liberari ⁊ penitē. Tertio oſtenditur idem ſimilitudine morbi. Nā morbus poteſt eſſe incurabilis tribus ex cauſis. Prima propter naturam morbi: vt lepra ⁊ huiuſmodi. Secunda propter imperitiam medici. Tertia propter indiſpoſitionem ſubiecti. Sed morbus ſpiritualis viatoris hominis ſcilicet peccati: non eſt incurabilis ex prima cauſa ſcilicet ex natura morbi quia non peruenit ad terminum malitie. Neq̄z ex ſecunda cauſa ſcilicet imperitia medici: quia deſcit ⁊ poteſt omne peccatuz curare. Unde ex ſepti ma ſinodo habetur. Omnem penitentiaz recipit deus. Et infra: bonus in omnibus deus ⁊ aperta viſcera eius omni penitenti. i. q. vj. Si quis omnem. Neq̄z ex tertia cauſa ſcilicet in diſpoſitione hominis: quia ſicut per alium in peccatuz cecidit ita per alium reſurgere poteſt. Ergo in ſtatu vie nullus poteſt eſſe ita obſtinatus: ſeu immutabiliter firmatus in malo: quin reſurgere poſſit ⁊ liberari. Unde Criſoſt. Etiam ſi ad ſummum quis puenerit malorum: ⁊ inde reuerti velit ad virtutis viam: ſuſcipit deus libenter amplectitur ⁊ omnia facit vt ad priorem reuocet ſtatum de pe. diſt. iij. Talis. Rainerius. Sed in alia vita ſcilicet in inferno liberum arbitrium eſt omnino firmatuz immutabiliter in malo. Et hoc probatur autoritate: contrarietate: ⁊ ratiōe. Acutoritate quidem. Eccl's. xi. Ubi ceciderit lignum id eſt homo per mortem: ſiue ad auſtrum: ſiue ad aquilonem id eſt ſiue in ſtatu gratie: ſiue i ſtatu mortalis peccati: ibi erit ſcilicet immutabiliter. Et Luc. xvi. dixit Abraham Chaos magnum firmatum eſt inter nos ⁊ vos cē. q̄ eſt immutatio ſtatus. Et Damaſ. Quod eſt homini mors hoc eſt āgelis caſus. Sz homines poſt mortem non ſunt capaces penitentie: ergo nec angeli poſt caſum. Secundo probatur hoc contrarietate ſic. Felicitati beatorum opponitur miſeria damnatorum. Sed ad felicitatem beatorum pertinent: q̄ habent liberum arbitrium ita firmatum in bono: q̄ nullo modo poſſunt deflecti in malum: ergo etiam ad miſeriam damnatoruz pertinet: q̄ ita ſint obſtinati ⁊ firmati in malo: q̄ nullo poſſunt modo deflecti i bonū.

Tertio probatur idez ratione. Et prima ratio ad hoc eſt ex defectu penitentie ſic. Nō patet reditus de peccato in bonum niſi per penitentiam. Sed in agente malum ex certa malicia: ⁊ decedēte in ipſo non cadit penitentia: ergo eſt immutabiliter confirmatus in malo. Alia ratio eſt ex defectu gratie ſic. Sicut gratia ſuperinfuſa confirmatur liberum arbitrium in bono: ita diuina gratia excluſa firmatur liberum arbitriuz in malo. Sz in eo qui decedit in mortali eſt gratie priuatio et excluſio: igitur talis ſic decedēſ penitere non pōt. Tertio probatur ex effectu diuine iuſticie ſic. Juſticia diuina exigit: vt ſicut gloria beatorum eſt perfecta ⁊ perpetua: ita damnatorum pena ⁊ miſeria

pſilaz arbitriū ēm infirmo in malo q̄ firmatū.

morbi ex his ē incurabilis

perpetua sit: quia vt dicitur Mathei. xxv. Ibũt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam. Ergo liberum arbitrium demonum et damnatorum: est ita firmatum in malum: q̃ ad bene volendum reuerti non possunt. Et si arguatur sic in cõtrarium. Fortior est charitas quã cupiditas ad peccatum pertrahens. Juxta illud quod dicit glo. super illud. Bonum mihi lex oris tui super milia auri ⁊ argenti. Sed demones vel homines a charitate in peccatum ceciderunt. Ergo multo fortius a peccato redire possunt ad charitatem ⁊ a malo ad bonum. Respondeo q̃ charitas est fortior q̃ cupiditas vel peccatum si fiat comparatio sm eundem modum habendi: vt scilicet vtrũq; accipiatur: vel in via vel in termino vie. Sed si vnum accipiatur in via: aliud i termino vie: non sic est: quod sic patet. Quia charitas viatoris est fortior q̃ cupiditas viatoris. Sed existens in termino malitie: firmius se habet ⁊ firmius inheret. Potest etiam dici: q̃ demones nunq̃ habuerunt charitatem sm quosdaz: ad quod facit de pe. di. ij. principium: vel si habuerunt nũq̃ eam nisi sicut in statu vie habuerunt. Homines aũt dãnati similit cadẽ ñ potuerũt: nisi a charitate seu gĩa viatoris. hec. b. tho. i qõe de veri. Raine.

demones nũq̃ habuerũt charitatem pfectã.

Notandum. §. VII.

libertas arbitrij tripl.

insuper: q̃ libertas arbitrij. Excludit coactionez. Includit electionem. Admittit variationem.

Quantum ad primum scilicet q̃ liberum arbitrium excludit coactionem declarandum: notanda est distinctio quam facit magister sentẽ. ij. libro distin. xxv. de libertate. Dicit enim q̃ est triplex libertas arbitrij scilicet a necessitate: a peccato: ⁊ a miseria. Ratio huius distinctionis sm. b. Tho. est ista: quia coactio quam excludit libertas est duplex. Quedam est perfecta ⁊ sufficiens que dicitur compulsio: ⁊ sic prima libertas est a necessitate vel coactione: que libertas a coactione per se ⁊ semper sequitur liberum arbitrium. Unde dicitur magister senten. ibidem q̃ liberum arbitrium ⁊ ante peccatum ⁊ post eque liberum est a coactione: quia sicut ante peccatum cogi nõ poterat ita nec modo. Ideoq; voluntas merito apud deum iudicatur que semper a necessitate libera est ⁊ cogi non potest. Ubi necessitas ibi libertas non est. Ubi libertas non est: nec voluntas est: et ideo nec meritum: hec magister ibidem. Quedaz vero coactio est imperfecta ⁊ insufficiens: que potius impulsio q̃ coactio dicitur: ⁊ hec est duplex Una est impulsio q̃ p se liberũ arbitriũ ipellit vel impedit: sicut habitus ⁊ dispones que sunt in aia Et sic est libertas a peccato: de qua. ij. Lozin. iij. dicit apostolus. Ubi spũs domini ibi libertas. Et veritas in euangelio Joh. viij. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Que libertas a peccato ⁊ si post peccatũ non tollitur: tñ debilitatur. Secundo coactio imperfecta que impulsio dicitur. i pellit vel impedit liberũ arbitrium per accidẽs: sic impotentie ⁊ penalitates: que sunt ex parte corporis vsum liberi arbitrij impedientes: ⁊ sic est libertas a miseria. De qua apostolus Ro. viij. Ipa creatura liberabatur a seruitute corruptõis in libertatem glorie filiorũ dei. Ubi notandũ q̃ nulla miseria vel penalitas corporis: libertatẽ illam que ẽ a necessitate coactõis excludit: eo q̃ nũq̃ ad tãtaz miseriam vel penalitatẽ corporis deuenitur: q̃ liberũ arbitriũ cogi possit. b. tho. in scrip. super. ij. sen. di. xxv. Rainer us. Contra predicta occurrit triplex obiectio. Prima est talis. Greg. dicit q̃ peccatũ quod per penitentiaz non diluitur: mox suo põdere ad aliud trahit. Cum ergo tractio sit quidam motus violentus sm philosophuz: ergo videtur quis cogi ad peccatũ. Rñdeo sm. b. tho. in qõib⁹ ꝺ veritate: q̃ peccatũ ꝓmissũ ñ trahit cogẽdo voluntatẽ: sed inclinando: in q̃tum ꝑuat gĩa p quam fortificabatur ꝓtra peccatũ: ⁊ in quãtuz ctia ex actu peccati relinquitur dispositio ⁊ habitus in anima. Secũdo arguitur sic. Quicũq; vincitur ab aliquo cogitur. Sed sm philosophũ incõtinens vincitur a passionibus: ergo passiões cogunt voluntatem. Rñdeo q̃ incõtinens dicit vinci a passionibus: non q̃ passiones cogant: ⁊ imutent necessario voluntatem: alioquin incõtinens non esset puniendus. Sz dicitur talis vinci a passionibus: in quantuz earum impulsu voluntarie cedit. Tertio arguitur: per hoc q̃ dixit pater familias. Luc. xiiij. compelle intrare. Intratur autem ad cenam patrie per voluntatem: ergo p angelum qui est minister dei: voluntas potest cogi ad aliquid. Rñdeo q̃ illa cõpulsio non est coactionis: sed efficacis persuasiõis per aspera vel leuia Unde Greg. Qui hũmũdi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeunt: cõpelluntur intrare. Ranerius. Ad hoc etiam pulchre facit quod habet xxiij. q. iij. di splicet. Et. q. vi. §. vlti. Secundo libertas arbitrij includit electionez: tãq̃ immediatum ⁊ proprium actum eius. Et sm hoc Bern. distinguit libertatem in lib. de libero arbitrio sic dicens. Est triplex libertas. s. arbitrij: consilij: ⁊ cõplaciti. Ratio huius est: quia cum liberum arbitrium includat electionem: ⁊ nihil sub electione cadat nisi sm q̃ habet aliquam rationẽ boni sm diuersos gradus bonitatis in humanis actibus. Bern. diuersos grad⁹ libertatis seu diuersas libertates distinguit. Ut verbi gratia. Primo i humanis actibus est aliquid bonum: quia illicitum quod. s. nulla lege prohibetur: ⁊ respectu ist⁹ bo

Capitulum secundum

ni liciti: dicit libertatem arbitrij: quia in iudicio nostro p̄sistit vt hoc sequamur vel nō. Ubi nota q̄ liberum arbitriū hz officium iudicis ⁊ arbitri: Primo hz officium iudicis: ⁊ hoc quo ad ratiōez quia sicut iudex in iudicando debet sequi leges: ⁊ artatur ad sequendū eas. Sic libez arbitriuz hz officium iudicis: quo ad rōem: qz in quātum deliberat dz sequi leges. Secūdo in quātum liberum arbitriū libere vult: tenet formam arbitris. Hoc enim ad voluntatem pertinet: libere hoc vl illud velle vel eligere. Et ideo magis dicitur liberuz arbitrium q̄ iudicium. Secundo est aliquid in humanis actibus: quod non tantum est licitum: sed etiam vtile. Quia omnia mihi licent: sed non omnia expediunt: vt dicit apostolus. i. Corin. vi. Et fm hoc assignat ⁊ distinguit Bern̄. libertatem consilij. Nam consiliuz est de meliori bono: quod est expediens ad salutem. Tertio in humanis actibus est aliquid bonum eligendum quod delectat. Et respectu huius assignat. b. Bern̄. libertatem cōplaciti. Unde dicit ibidez. b. Bern̄. q̄ libertas arbitrij hz discernere quid liceat. Libertas arbitrij hz probare quid expediat. libertas arbitrij habet experiri quicd liberat Hec beatus tho. sup ij. senten. di. xxv. Tertio dico q̄ liberum arbitrium admittit. i. habeat variatōem. Et cū sit triplex libertas vt dictum est: libez arbitriū quātū ad libertatem que a necessitate seu coactōe cōpulsiua: p se non augetur vel minuitur: sed equaliter habetur: qz hoc est naturale ⁊ essēciale libero arbitrio: vt sufficiēter non cogatur coactōe cōpellēte. Et hoc. s. non posse sufficienter cogi ⁊ cōpelli. sequitur libez arbitrium in quolibet statu. s. ante peccatum ⁊ post peccatū. Nō g̃ p se augeť l' minuitur libertas arbitrij: sed per accidēs tm̄. i. rōe nature i qua inuenitur: ⁊ quā libez arbitriū consequitur. Et hoc sic probatur. Dis proprietas que consequitur aliquam naturam: quanto in illa natura in aliq̄ inuenitur nobilius tāto etiam illa ꝓprietas pfectius pticipatur ab illo: fm quē modum hō dicitur minus intelligens quā angelus. Unde qz libertas arbitrij consequitur naturam: ⁊ potētiam intellectus ⁊ volūtatis: ⁊ hec pfectissime sunt in deo: ⁊ in angelo nobilius q̄ in hoie. Ideo libertas a necessaria coactione perfectiꝰ reperitur ⁊ nobilius in deo: q̄ in angelo: ⁊ in āgelo: q̄ in homine: ⁊ in vno angelo magis quā in vno alio. Unde patet q̄ libertas arbitrij nō variatur ex parte sue nature vel essentie: sed per accidēs. s. ex parte sue cause: que est intellectus ⁊ voluntas Nam fm q̄ natura inuenitur intellectiua nobilius i vno quā in alio vel minus nobilius: sic libertas ista intenditur vel remittitur. Libertas secūda que. s. est a peccato ꝓtraria coactioni ipfecte ⁊ insufficienti: que impulsio vel dispositio ꝓuenit patur: vt sunt habitus ⁊ dispōes interiores peccatorum: augetur talis libertas vel minuit secūduz q̄ illa inducētia vel impellētia seu disponētia augēt vel minuūtur in hoie fm diuersos actus. Quod sic declaratur. Libertas ista a peccato est cōis triplici statui hois. s. in innocētia. In repata gratia In gloria. Et tamē augetur ⁊ minuit āte peccatū ⁊ post peccatum. Unde magister sentē. li. ij. dist. xxv. Semper volūtas hois libera est: sed nō semper bona est. Non enī est bona: nisi a peccato libera sit. Et subdit. Libez ergo arbitriū cum semp ⁊ in singulis sit bonū: non tm̄ est pariter liberum in bonis ⁊ in malis: ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberius est enim i bonis vbi liberatum est. s. a peccato per gratiam: quā in malis vbi liberatum nō est: ⁊ liberius ad malū quod p se agit: quā ad bonū qō nisi gratia adiuuet ⁊ liberetur non pōt. Dec magister. In statu innocētie poterat homo peccare ⁊ non peccare. In statu nature repate: pōt peccare: ⁊ non pōt non peccare saltē venialiter. In statu glorie poterit nō peccare: ⁊ non poterit peccare. Sed in statu nature destitute gratia: nō potest non peccare etiaz mortaliter. i. non esse i mortali quod cōmisit: quia ex se non potest exire: vel non potest difficulter nō incurrere alia mortalia: semper tm̄ voluntas a coactione ē libera. Libertas a miseria que est contraria coactione imperfecte ⁊ insufficient: que dicitur impellens vel inducēs: sicut sunt penalitates exteriores: vt fames: sitis: infirmitas corporalis: mutabilitas mentis: tēptatio hostis: ⁊ huiusmodi: non est eque i omnibus hec libertas: sed magis ⁊ minus reperitur in diuersis. Nam perfectissime in deo: post deum maxime in angelo bono: minor in homine bono: minima in homine malo: nulla in demone vel damnato homine: vt dicit magister sententiaz dist. xxv. Omnis tamen miseria mentis ⁊ corporis quantūcūq̄ magna: necessitatem coactiōis semper excludit: quia nunq̄ in statu vite presentis ad tantam miseriam deuenitur mentis vel corporis: vt liberum arbitrium cogi possit: alias non diceretur liberuz nec efficeretur meritorium vel demeritorium. beatus Tho. super secundo sententiarum Rainerius. Dinc Ambros'us. Quorum nos domini sumus scilicet actuum nostrorum ⁊ peccatorum eorum principia extrinsecus non requiramus: nec deriuemus in alios: sed agnoscamus que proprie nostra sunt: quod possumus non facere si volumus. Huiusmodi electionem mali: nobis potius debemus asscribere quam alīs. Ideo ⁊ i iuditijs istiusmodi voluntarios non necessitate compulsos: culpa constringit: pena condemnat. xv. que stione prima. Illa. Et. §. i. eiusdem qōnis dicitur

Titulus Quartus

Ex voluntate peccata procedunt: que libero mē tis arbitrio ⁊ delinquendi ꝓposito cōmittuntur.

Notādū etiā §. VIII.

q̄ quadruplex est libertas scilicet peruersa: mundana: vera: ⁊ plena. Libertas peruersa est quā do quis abutitur libertate ad peccandū. Et hec libertas a iusticia est: quā nullus seruare cogitur de qua. i. Petri. ij. dicitur. Quasi liberi ⁊ nō quasi velamen habentes. i. Quo maiori libertate vtimini apud homines: eo liberi⁹ diuino famulatui subiugati sitis. Et subdit. Non quasi velamen habentes glo. quia ex hoc q̄ liberi sunt multi: se velant ⁊ defendunt peccata: Alia glo. Et non habētes velamen malicie: vt tanto licentius peccetis: quanto iugo seruitutis dei munimini. Et addit apostolus. Sz sicut serui dei glo. Seruitus dei humilitatem ⁊ puritatem a culpa requirit. Secūda libertas que dicitur mundana seu humana ē: qua quis alterius est domino non subiectus. De qua Job. iij. Seruus ⁊ liber a domino suo scilicz in alia vita. Et. i. Lozin. vij. Seruus vocatus es: non sit tibi cure: sed si potes magis vtere libertate Seruitus huic libertati contraria inducta est de iuregentium: vt patet di. i. iusgentium. Originata in iure diuino ex irrisione. Noe facta a filio ei⁹ Cham. Gen. ix. Maledictus Chanaam. Seruus seruorum erit fratribus suis. Et Ambro. Nō essz hodie seruitus si ebrietas non fuisset. di. xxxv. Sexto die. Jure humano cōfirmata canonico ⁊ ciuili. Hec libertas multum appetitur: quia nō bene pro toto libertas vēditur auro. Sed propter peccata multipliciter perditur: vt patet de populo israhel. qui ex libertate frequēter propter scelera est seruituti addictus. Judi. per totum. Tertia libertas est vera ⁊ spiritualis: que est libertas gratie scilicet ca[illegible]ruminibus. Et est ista contraria male seruituti scilicet peccati. De q̄ christus Joh. viij. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ubi tria nota. Primo dictio generalis. ibi. Omnis. diues: ⁊ pauper: iudeus: ⁊ grecus: imperator: vel vasallus Non est enim distinctio iudei ⁊ greci: oēs enim peccauerunt. Qui omnia dicit: nihil excludit. di. xix. Si romanorum. Secundo tangitur transgressio criminalis: ibi qui facit peccatum: et non solum qui facit: sed ⁊ qui cōcupiscit. Peccatum enim ſm Augu. est voluntas retinendi vel consequendi quod iusticia vetat. Quod semper liberum est abstinere. xv. q. i. §. i. Tertio notat̄ conditio vilis ⁊ penalis: quia seruus est peccati. Die remie. ij. q̄ vilis facta es nimis iterans vias tuas. Uilissima autem huius seruitus: quia cum peccatum nihil sit in rerum natura. Huius seruitio peccator addijcitur. ij. Petri. ij. A quo quis victus est ei seruus addictus est. Sed peccator vincitur a vitijs: ergo ⁊c. Et dicit Anshelmus: q̄ peccatum non habet vnde dominetur homini: quia peccatum est quidam defectus seu priuatio modi: speciei: ⁊ ordinis. Sed tamen homo habet vnde sit seruus peccati scilicet voluntatis consensū. Unde Augu. super Joh. super dicta auctoritate Omnis qui facit ⁊c. O miserabilis seruitus. Seruus hominis aliquando sui domini duris iperijs fatigatus: fugiendo requiescit. Seruus autez peccati quo fugit secum trahit quocūqz fugerit. Peccatum enim quod facit intus est: voluptas trāsijt peccatum non transit: preterit quod delectat: remanet quod pugnat. Solus de peccato liberare potest: q̄ venit sine peccato. Propterea dixi. Joh. viij. Si liberauerit vos filius: vere liberi eritis. Licet autem ista libertas a crimine sit vera: est tamē in presenti imperfecta. Quia vt ait apostolus ad Galath. v. Caro concupiscit aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnem: vt non quecūqz vultis illa faciatis. Ubi tria ostendit scilicet pugnaz: causam: ⁊ sequelam. Primo ostendit pugnam dicens. Caro concupiscit aduersus spiritum idē ſm glo. Auguſt. Anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur: que carnalis concupiscentia nō est in carne sola: nec in anima sola: sed i vtroqz: quia sine carne ⁊ anima nulla delectatio sentitur scilicet corporalis. Sicut videre non est solum oculi nec anime: sed coniuncti. Et est ista pugna ꝛz Ambro. in glo. magna continua periculosa. Magna quia contra spirituz vbi maior deberet esse concordia. Continua quia semper est noua cōtra spiritum. Et periculosa quia habet multos impulsores: vt diabolum ⁊ mundum. ps. Uie illorum te nebre ⁊ lubricum: ⁊ angelus domini persequens eos. Secundo ostendit apostolus pugne causam dicens. Hec sibiinuicez aduersantur. Quia caro vult seruire vitijs spiritus virtutibus. Caro infirma spiritus promptus. Ratio seu spiritus dispo nit macerare corpus ⁊ subijcere seruituti: ⁊ caro vt seruus inutilis ⁊ piger conqueritur. Figura in sara vxore Thobie q̄ cum reprehenderet ancillā conquesta est: inferens ei contumeliam: dicens eā interfectricem virorum suorum septez id est mortificatricem quinqz sensuum ac etiam fantasie ⁊ intellectus Thobie. iij. Ostendat apostol⁹ pugne sequelam: subdens. Ut non quecūqz vultis illa faciatis: glo. id est illa facere pmittamini. Juxta illō apostoli. Uelle adiacet mihi perficere nō ſuenio. Roma. vij. Glo. Ambro. i. Uelle est in nobis ex libero arbitrio. Et dicit adiacet id est iuxta carnez iacet: quia naturale est quodammodo velle bonum per rationem naturalem: sed perficere non

quia facere bonū meritoriuz soluz est ex gra dei. Uel sic fm alios seu aliam expositionem. Uelle adiacet mihi. i. liberum arbitrium post peccatuz tanq̄ infirmum iacet iuxta carnez: impotens per se resurgere ad bonum operandum. Quarta z vltima libertas ē: libertas plena atq3 pfecta. s. libertas glorie q̄ erit i patria. ō qua apostolus ad Ro. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute cōruptionis i libertatem glorie filiorū dei. Et hoc erit: quia nihil erit ibi inclinans ad malum. Nihil opprimens: quia ibi erit libertas a culpa z pena. Ad Galath. iiij. Illa que sursum est hierusalem que est mater nostra libera est. Libertas itaq3 plena z perfecta erit: quando nulle erunt inimicitie: qñ nouissima inimica mors destruet. hec. b. Tho. i postilla sup Jo. sup illō Joh. viij. Si ḡ liberauerit vos filios z̄c. De hac libertate a miseria z culpa Albinus in sermone. Quid hac vita beatius vbi non est paupertatis metus: non egritudinis infirmitas. Nemo ibi leditur: nemo irascitur. Inuidet nemo. Cupiditas nulla exardescit. Nullus cibi desiderius. Nulla laboris aut potestatis pulsat ambitio. Nullus ibi diaboli metus. Inuidie nulle Terror gehēne procul. Mors neq3 corporis neq3 anime sed immortabilitatis munere vita iucunda. Nulla erit tunc discordia: sed cūcta psona iucunda sunt omnia: iugis splendor.

Notandū etiā §. IX.

q̄ liberum arbitrium z si cogi nō possit vt dictū est: potest tamē inclinari: immutari: determinari: ad aliquid volendum vel agendum. Primo q̄dem post liberum arbitrium inclinari vel induci ad aliquid volendum vel agendum: per aliquas dispositiones vel habitus: ex quibus promptior efficitur ad eligendum alteram partem. b. Tho. in scrip. sup. q. sentē. Ad quod facē quod dicit Aug. super ps. Cum per timorem gehenne continet se homo a peccato: fit paulatiz consuetudo iusticie z incipit quod olim erat amari: z incipit excludi timor a charitate: z succedit timor ille sanctus qui pmanet quo timemus ne tardet: ne discedat: ne eo careamus. xxiij. q. vi. c. fi. §. cuz per timorē:

Secundo voluntas potest immutari. Et hoc vel a seipsa vel ab obiecto vel a deo. Immutatur primo voluntas a seipsa: cum modo vult vnum: modo aliud. Unde Aug. Nihil tam est in nostra potestate sicut voluntas ipsa. Voluntas nostra nec voluntas esset: nisi in nostra potestate esset. Porro quia in nostra potestate est: libera est. Immutatur secundo voluntas ab obiecto fm diuersitatem obiectorum: que sibi representantur per cognitiuam. Et talis mutatō fit in ea occasionaliter ab aliqua creatura representante obiectum. Tertio immutatur voluntas a deo. Nam deus immutat voluntatez dupliciter. Uno modo mouendo solum voluntatem: non imprimēdo: i. q̄tū s. voluntatem mouet ad aliquid volenduz: absq3 hoc q̄ imprimat aliquam formam voluntati: sic sine appositione habitus. Quandoq3 deus facit vt voluntas modo velit aliquid quod prius non volebat. Juxta illud. Cor regis i manu dei ad qō cūq3 voluerit vertet illud. Alio modo immutat voluntatem imprimendo aliquaz formam i ipaz voluntatem. Sicut enim ex ipsa natura quam deus dedit voluntati: inclinatur voluntas naturaliter ad aliquid volendum: ita ex aliquo superaddito. s. aliqua forma quam imprimit. Et aliquando quidem imprimit formam imperfecte: vt cum dat gratiam de nouo viatoribus: z sic inclinatur voluntas ad aliquid volendum: non tamen necessitate semper. Aliquando imprimit perfecte. s. cōferendo gloriam: sicut in beatis: in quibus voluntas inclinatur semper z sufficienter per charitatē perfectam in bonum: non solum quantum ad vltimum finem: sed etiam quantum ad ea que sūt ad finem. Hec. b. tho. in questionibus de veritate. Cū ār deꝰ immutat volūtatē: nō cogit eā: sz facit vt precedenti inclinationi succedat alia inclinatio. Et ita q̄ prima auferat: z secūda iducat z maneat: vñ illud ad qō iducē volūtatē ñ est contrarium inclinatōi iam existenti: sed inclinationi que prius inerat. Unde nō est violentia nec coactio. Uerbi gratia. Lapidi ratione sue grauitatis inest inclinatio ad locum deorsum. Hac autem inclinatioe manente si proiciatur sursum erit motus violentus. Si autem deus auferat lapidi inclinationem grauitatis: z det inclinatōez leuitatis: tūc ferri sursū non erit ei violentum: z ita immutatio motꝰ pōt esse sine violentia. Et per hunc modum intelligē dum est q̄ deus immutet voluntatem: sine hoc q̄ cogat eam. Cuius ratio est: quia potest deus immutare voluntatem: ex hoc q̄ ipse in voluntate operatur: sicut in natura: etiam hec beatus thomas in questionibus de veritate. q. xxij. Tertio volūtas potest determinari ab obiecto ad volendum aliquid determinate. Cuius ratio est: quia est dare aliquod obiectum in quo nulla ratio malitie inuenitur. Et volūtas necessario determinatur ad id volendum. Uel si est aliquod in quo nulla sit ratio vel apparentia boni: tunc voluntas necessario determinatur ad illud respuenduz. Sicut patet in hoc: q̄ nullus potest non velle esse felix. Et nullus pōt velle esse miser. Et in hoc etiā non cogitur: sicut nec cum imutatur a deo vt dictū est.

Utrū autez volēdo hmōi quod de necessitate vult. s. esse beatū mereatur. Dicenduz q̄ aliq̄ mō sic. z aliquo mō non. Cū enī inditus sit appetitꝰ ultimi finis sui i cōmunis: vt scilicet naturaliter appetat se esse cōpletū in bonitate. s. se. eē beatū

Unde boetius de philosophica consolatione ait. Inserta est mentibus hominum naturaliter: veri sūmiq; boni cupiditas. Sicut ⁊ grauibus naturaliter est editus appetitus seu inclinatio ad ferri deorsuz: ⁊ animalibus conseruatio vite. Ideo appetendo bēatitudinem ita in cōmuni: homo nō meretur: quia hoc est ei naturale: ⁊ naturalibus homo non meretur. Sed quia in quo ista completō felicitatis seu beatitudo consistat: vtrum in virtutibus: vel scientijs: vel delectabilibus: vel visione dei ⁊ huiusmodi: alias non est ei determinatuz a natura. Ideo quando ex propria ratione adiut⁹ diuina gratia: apprehēdit aliquod speciale bonū vt suam beatitudinem in quo vere sua beatitudo consistit: tunc meretur: non ex hoc precipue q̄ appetit naturaliter beatitudinem: sed ex eo q̄ appetit hoc speciale: quod non naturaliter appetit. s. visionem dei: in qua fm rei veritatez sua beatitudo consistit. Et fm hoc sancti merentur appetendo deū vel vitā eternam. Dec. b. tho. in qōnibus de veritate. Rainerius.

¶ liber arbitr. se extendit ad omnes actus humanos.

Liberum arbi .H.X. trium

se extendit ad omnes actus humanos. s. q̄ procedunt a voluntate deliberata ratione. Di eni proprie dicuntur actus humani. Hoc probatur auctoritate Damasce. libro. ij. dicentis. Homo libero arbitrio appetit: libero arbitrio vult: libero arbitrio inquirit vel scrutatur: libero arbitrio iudicat: libero arbitrio disponit: libero arbitrio eligit: libero arbitrio impetū facit: ⁊ libero arbitrio agit vel operatur in his que fm naturam sunt.

¶ actus alicui attribuuntur alicui potentie dupliciter.

Declaratur autez hoc per distinctionem talē. Actus aliqui attribuuntur alicui potentie dupliciter. Uel q̄ elicit ipsum: vel quia imperat ipsuz. Ille actus proprie a potentia est elicitus: qui immediate ab ipsa potentia procedit. Sicut a visu videre: ⁊ ab intellectu intelligere. Unde visus immediate elicit videre tanq̄ proprium actum eius: ⁊ intellectus intelligere. Et hoc modo non omnes actus humani sunt actus liberi arbitrij. Sed proprius ⁊ principalius actus liberi arbitrij ē eligere. Alio modo actus attribuitur potentie: quia imperat potentia ipsum. Et hoc modo actus omnium virium obedientium rationi: possunt voluntati attribui: qui est motor omnium viriuz per imperium. Et ita etiam actus diuersaruz virium libero arbitrio attribuuntur. Unde per imperium voluntatis ⁊ liberi arbitrij: mouentur etiam potentie in actus suos. Propter quod virtus appetitiua dicitur mouens quia imperat motum. Et virt⁹ motiua que est affixa neruis ⁊ musculis: quia exequitur motuz. Et per hunc moduz omnes actus humani sūt a libero arbitrio: quia imperati ab eo: Unde illi actus hūani qui sunt viriuz rōnabiliuz per essentiam: illi sunt eliciti a libero arbitrio. Illi vero qui sunt virium rationaliuz per participationem: sicut sunt actus irascibilis ⁊ concupiscibilis: sunt imperati a libero arbitrio. virtutes autē nutritiue partis: nullo modo participant ratione vt dicit phūs primo ethicorum. Unde eaz actus non proprie dicuntur humani: ⁊ ideo non subdūtur libero arbitrio. Ad horum ampliorez euidentiam notanda sunt tria. Primum est: q̄ cum liberum arbitrium sit facultas rōis ⁊ voluntatis tres actus attribuunt libero arbitrio ex parte rationis: ⁊ tres ex parte voluntatis. Et ex parte rōis attribuūtur libero arbitrio: consilium: iudiciuz: ⁊ arbitrium. Qui quidē actus rationis procedit ab imperfecto ad perfectum. Nam primo est motus inquisitōis de faciendo ⁊ non faciendo: ⁊ istō est consilium. Secundo est iudicium de faciēdo. Tertio est propositum faciendi: quod dicit dispositio: vel potest dici arbitrium. Ex parte autē uoluntatis sunt tres act⁹. s. electio: progressus: ⁊ vsus. Primo igitur est electio: ⁊ ille est actus simplicit interior ⁊ primus. Et hoc est duorum preiacentibus alterum alteri preoptare. Secundo est progressus ad motum exteriorem ⁊ talis dicitur impetus. Tertio est mot⁹ exterior: ⁊ talis dicitur vsus.

Secundo nota: q̄ liberum arbitriuz principaliter est respectu actuum interiorum: secundario autem exteriorum: prout ab actibus interioribus procedunt: quia hoc modo impediri nō possunt. Sed in quātuz actus exteriores sunt a virtute motiua corporali sic possunt. Et hoc modo nō est libertas respectu illorum actuum. Tertio notā duz: q̄ quia electio est proprius actus liberi arbitrij. Et electio non est finis: sed eorum que sunt ad finem. Ideo finis vltimus non cadit sub libero arbitrio. Tñ quia id quod est finis respectu quorundam: potest esse ordinatum etiam ad finem ulteriorem scilicet vltimum finem. Nulla autem operatio humana est vltimus finis: nisi p accidens: in quantum coniungitur vltimo fini: Et ideo omnium operationum humanarum potest esse electio: non i quantū sunt fines sed i. quātuz ordinantur in finem. Uerbi gratia. Quāuis vincere sit finis potentie militaris: ordinatur tamen ad vlteriorem finem: ⁊ ideo sub electione cadere potest: ⁊ sic potest sub libero arbitrio. Et si arguatur incontrariuz: quia operatio mala est prē volūtatem fm dionisium ⁊ aug⁹. Peccare nemo appetit ꝓpter hoc ipsum: sed ꝓpter aliud quod ex eo ꝓsequitur. xv. q. i. Merito. Cū autē talis sit opatio hūana. g̃ non omnis opatio humana cadit sub libero arbitrio seu voluntate. Rñdeo q̄ operatio mala potius dz dici defectus q̄ actus: et potius hoc pertinet ad impotentiam quam potētiā. Uel aliter malū in eo q̄ malū ē pr̄ volūtatē ē.

Capitulū. Tertiū.

¶ de nolim̄ actu ne ſui ꝯmendā.

Titulus Quartus

Sed operatio mala in quātum apparet bona ꝓpter illud quod inde ſequitur quis.ſ. delectatōez vel vtilitatem: ſic cadere pōt ſub voluntate ⁊ libero arbitrio. Uerbi gratia. Apprehendit ꝗs formicatōem non vt malū: ſed vt bonum delectabile tē pore paſſionis: ⁊ ſic vult eam Tho. ſup. ij. ſententiarum Rainerius.

De volūtario ⁊ inuolūtario. Capīm tertiū.

E actū nolunta

tis vidēda ſunt tria. Primo de voluntario ⁊ inuolūtario in cōi. Secūdo de actibus voluntarijs quaſi ab ipſa voluntate elicitis: vt imediate ipſi⁹ volūtatis exiſtentibus. Tertio de actibus volūtarijs: quaſi a voluntate iperatis: que ſunt ipſi⁹ voluntatis mediātib⁹ alijs potētijs. ca. ſequētibus.

Quantum ad pri ¶.I.

mum.ſ. de voluntario ⁊ inuoluntario. Sciendū ꝙ actuū humanoꝝ. Aliqui ſunt omnino volūtarij. Alij inuoluntarij. Tertij mixti ex voluntario ⁊ inuoluntario. Voluntarij omnino dicūt actus illi humani: qui ſpōte fiunt abſq; violētia ⁊ ignorantia ⁊ metu. Pro horum maiori declaratōe ſciendū ſm.b.tho.pma ſecunde.q.vi.ꝙ que agūt ſeu ſe mouent in finem cū aliquali cognitōe finis horꝝ motus ⁊ actus dicuntur voluntarij. Unde voluntarium dicitur eſſe: ſm diffinitōem Ariſt. Damaſ. ⁊ Gro. niceni: nō ſolum cuius principium eſt intra: ſed cum addi. ſciētie. Unde cum hō maxime cognoſcat finem ſui operis: ⁊ moueat ſeipz in eius actib⁹: maxime volūtariū inuenit. Sciēdū eſt enim: ꝙ quorundam actuū ſeu motuū principiuz eſt in agente: ſeu in eo quod mouetur. Quorundaz vero actuū vel motuū principiū eſt extra Cum enim lapis mouetur ſurſum: puta: cum ꝓjcitur huius motionis principiuz eſt extra lapidē. Sed cū mouetur deorſum vt cum cadit: principiū huius motōis eſt in ipſo lapide. Eoꝝ autem que a principio intrinſeco mouentur: quedā mouent ſeipſa: quedam nō. Cum enī omne agens ſeu motū agat ſeu moueatur ꝓpter finē: illa perfecte mouentur a principio intrinſeco: in quibus eſt aliqō intrinſecū principiū: non ſolum vt moueant in finem. Ad hoc autē quod fiat aliquid ꝓpter finem requiritur cognitio finis aliqualis. Quicūq; igit ſic ait vel mouetur a principio intrinſeco: quod hz aliquā notitiam finis: habet in ſeipſo principium ſui actus: non ſolū vt agat: ſed vt agat propt finē. Quod autem nullā noticiam finis hz: ⁊ ſi i eo ſit principium actōis vel motus: non tamē eius ꝙ ē agere vel moueri ꝓpter finem eſt principiuz i ipo ſed in alio a quo iprimitur ei principium ſui act⁹ vel motōis in finem. Unde huiuſmodi nō dicunt mouere ſeipſa: ſed moueri ab alijs. Que vero noticiam habent finis dicuntur mouere ſeipſa quia iē principiū non ſolū vt agāt ſz ut agāt propter finem. Utrūq; autem horum.ſ. ⁊ ꝙ ſe moueat: ⁊ finem ſui motus vel actionis cognoſcat: reperitur i actibus humanis: ⁊ ideo in eis proprie ⁊ perfecte voluntarium inuenitur. Uoluntarium etiam reperitur aliquo modo in brutis ⁊ pueris ſz iperfecte. Unde ⁊ phūs dicit in tertio ethicoꝝ ⁊ Damaſ. ⁊ Greg. niceni⁹: ꝙ bruta ⁊ pueri voluntario cōicant. Pro cuius declaratōe ſciendum ſm beatum tho. pma ſecunde. q. vi. ꝙ cum ad rationez voluntarij requiratur ꝙ principium actus ſit intra agentem. cum aliqua cognitōe finis: ſicut cognitio finis actionis ⁊ brutis ⁊ pueris ē iperfecta iō etiam voluntarium in eis eſt ſm imperfectam rationem. Dicitur autez cognitio imperfecte finis que in ſola finis apprehenſione conſiſtit: ſine hoc ꝙ cognoſcatur ratio finis: ⁊ proportio actus ad finē. Et talis cognitio inuenitur in brutis ꝓ ſenſuz ⁊ extimationem naturalem. Unde animal brutū apprehendens finem: nō deliberat: ſed ſubito mouetur in ipſum. Perfecta autem cognitio finis eſt non ſoluz quando apprehenditur res que ē finis ſed etiam cuz cognoſcitur ratio finis: ⁊ proportio eius quod ordinatur ad ipſum finē: ⁊ talis cognitio perfecta competit ſoli rationali nature. Et ſic etiam voluntarium ſm perfectam rationem: puta. ſ. apprehenſo fine aliquis poteſt deliberare de fine ⁊ de his que ſunt ad finez moueri vel nō moueri in ipſum. Et nota ꝙ licet voluntarium ō nominatiue dicatur a voluntate: que nominat rationabilem appetitum: vnde in brutis non reperitur: tamen voluntarium pōt trahi ad ea: in ꝗbus eſt aliqua ꝑticipatio volūtatis: ſm aliquā ꝓueniē tiam ad volūtatem: ⁊ hoc modo attribuitur etiā brutis in quātū. ſ. p cognitōem aliquam mouent in finem. Item nota ꝙ quāuis deus mouet hominem ad agendū non ſolum ſicut proponēs appetibile ſenſibili vel ſicut imutans corpus: ſed etiā ſicut mouens ipſam voluntatē. Unī ipſe ait Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facē: nō tñ hec ē cōtra rōem actus voluntarij. Cum enim omnis motus tam voluntatis q̄ nature ſit a deo ſicut a primo mouente: ſicut non eſt contra rationem nature ꝙ motus nature ſit a deo: ſicut a primo mouente. in quantum natura eſt quoddam ſtrumentum dei mouentis: ita non eſt contra rationē actus voluntarij: ꝙ ſit a deo: in quantum volūtas mouet a deo. Eſt tamen de ratione naturalis ⁊ voluntarij motus ꝙ ſint a principio intrinſeco. Item licet de ratione voluntarij ſit ꝙ principium eius ſit intra: non tamen eſt contra rationem voluntarij: ꝙ principium intrinſecum ſit primū ꝓncipiuz.

¶ volūtas reperit in ꝑuul'er bruis.

¶ finis imperfecta cognio ꝗlis ē. et cui⁹ ꝑfecta cognio finis.

Sicut in genere alterabilium: primū alterans est corpus celeste: quod tamen non est primū mouēs simpliciter: sed mouetur motu locali a superiori mouente. Sicut principium intrinsecum voluta rij actus: quod est vis cognoscitiua vel appetitiua: est primū principium in genere appetitiui motus: quāuis moueatur ab aliquo alio exteriori sm alias species motus.

¶ Voluntarium .§.II.

voluntariū dicitur aliquid dupliciter. s. directe ⁊ idirecte. Pro cuius declaratōe dicit. b. Tho. vbi supra q̄ volūtariū dicitur quod ē a voluntate. Ab aliquo aūt dicitur aliquid dupliciter. Uno modo directe qō s. procedit ab aliquo in quātum est agens: sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte ex hoc ipso q̄ non agit. Sicut submersio nauis dicitur esse a gubernatore in quātum desistit a gubernando.

Sed sciendum. q̄ non semper illud quod consequitur defectum actōis reducitur in agens sicut in causam: ex eo q̄ non agit: sed solum tunc: cum pōt ⁊ debet agere. Si enim gubernator nō possit nauem dirigere: vel non esset ei cōmissa gubernatio nauis: non imputaretur ei nauis submersio q̄ per absentiam gubernantis contigeret. Quia igitur voluntas volendo ⁊ agendo potest impedire hoc: quod est non velle ⁊ non agere: ⁊ aliquando debet hoc: quod est non velle ⁊ nō agere: imputatur ei quasi ab ipso existens: cum. s. debet impedire ⁊ non facit: ⁊ sic voluntarium potest esse absq; actu. Et quandoq; quidem absq; actu exteriori cum actu interiori: sicut cum vult non agere. Aliquando etiam absq; interiori: sicut cum nō vult.

Probatur ⁊ hoc ratione tali. Id cuius domini sumus dicitur voluntariū. Sed nos domini sumꝰ eiꝰ qō ē agē ⁊ ñ agere: velle ⁊ nō velle: ergo sicut agere ⁊ velle est voluntarium: ita ⁊ non agere ⁊ non velle. Ad quod facit quod ait Ambro. xv. q.i. Non est.

¶ Inuolūtarium .§.III.

dicitur quod quis nullo modo vult. Et quia qō fit per violentiam seu coactionem absolutam: homo nullo modo vult. Ideo dicit phūs ⁊ Damas. q̄ est aliquid inuoluntarium per violentiam. Itē quia etiam quod fit per ignorātiam facti: pmissa debita diligētia homo non vult: ideo dicit etiam phūs: est aliquid inuoluntarium per ignorantiaz Lex etiam dicit q̄ errantis nulla est voluntas.

Sed pro maiori horum declaratione dicit. b. tho. vbi supra: q̄ duplex est actus volūtatis. Unꝰ quidem qui est eius imediate velut ab ipsa elicitꝰ s. velle. Alius autez est actus voluntatis ab ea imperatus: ⁊ mediāte alia potētia exercitus: vt ambulare ⁊ loq̄ q̄ actus a voluntate imperātur mediante potentia motiua. Quantum igitur ad actꝰ voluntatis violentiam pati potest: in quantum per violentiam exteriora membra impediri possunt ne exequantur imperium voluntatis. Sed quantum ad proprium actuz voluntatis non potest ei violentia inferri. Et huius ratio est: quia actꝰ voluntatis nihil est aliud q̄ inclinatio quedam: procedens ab interiori principio cognoscēte sicut appetitus naturalis est quedam inclinatio ab interiori principio absq; cognitione. Quod autem est coactum vel violentum est sub exteriori pricipio vnde contra rōem ipsius actus voluntatis est: qō sit coactus vel violentus: sicut est etiam contra rationem naturalis inclinationis vel motus. Pōt enim lapis per violentiam sursum ferri: sed q̄ iste motus violentus sit ex naturali inclinatione eius esse non potest. Similiter etiam potest homo p violentiam trahi: sed quod hoc sit ex voluntate eius: repugnat rationi violentie. Et nota sm beatum Tho. vbi supra. q̄ sicut naturale dicitur quod est sm inclinationem nature: siue inclinatō sit in natura sicut a principio actiuo. s. ad agēduz naturale est igni calefacere: siue inclinatio sit in natura sicut a principio passiuo ad recipiendum: sic motus celi dicitur naturalis: quia habet naturalem aptitudinem ad talem motum licet mouens sit voluntarium. Ita voluntarium dicitur quod est sm inclinationem voluntatis. Et hoc pōt esse dupliciter. Uno modo sm actōem: puta cū aliqs vult agere. Alio modo sm passionem: vt cum aliquis vult pati ab alio. Unde cum actio infertur ab aliquo exteriori manēte in eo qui patitur volūtate patiendi: non est simpliciter violentū: qz ille qui patitur nō pferat. agendo: pfert tamē volenti pati. Unde non pōt dici inuoluntariū. Itē sm b. tho. Licet id in quod tendit voluntas peccādo sit contra naturam id est contra naturaz rationalem: ⁊ malum sm rei veritatem. tamen apprehēditur illud vt bonum ⁊ conueniēs nature: in quātum est conueniens homini secūdum aliquā passionem sensus vel habitum corruptum: ⁊ iō non sequitur q̄ si motus violentus sit contra naturā: motus voluntatis in peccando sit violentus: quia voluntas tendit in actum peccati vt in rem secundum naturam.

¶ Dictum ex .§.IIII.

voluntario ⁊ inuolūtario dicit: quod fit ex metu seu coactione conditionata. Et quod fit ex ignorātia crassa. Et quātum ad primū dicit phūs in tertio ethicorum. ⁊ Gregorius nicenus: quod quę per metum aguntur mixta sunt ex voluntario et inuoluntario. Pro huius declaratione dicit beatꝰ Thomas prima secunde. q. vi. articulo. vi. qō id quod per metum agitur in se consideratum non

est voluntarium: sed fit voluntarius in casu. s. ad vitandum malum quod timetur. Sed si quis recte consideret: magis sunt ista voluntaria q̄ inuoluntaria. Sunt enim voluntaria simpliciter. Inuoluntaria sm quid. Unū quodq; enim dicit esse simpliciter sm quod est in actu: sm autem q̄ ē solum in apprehensione: non est simpliciter sed sm quid. Hoc autem q̄ per metum agitur: fit hoc ē in actu sm q̄ fit. Cum enim actus in singularib⁹ sint: singulare autem in quantum huiusmodi est hic ⁊ nunc: sed hoc id quod fit est actu sm q̄ ē hic ⁊ nunc: ⁊ sub alijs cōditionibus indiuidualibus. Sic autem hoc quod fit per metum est voluntarium: in quātum. s. est hic ⁊ nunc: prout. s. in hoc casu est impeditiuū maioris mali quod timebat. Sicut proiectio mercium in mare fit voluntariū tempore tempestatis propter timorem periculi. Unde manifestus est: q̄ est simpliciter volūtariū: Nam cōpetit ei ratio vōluntarij: quia principius eius est intra. Sed quod accipiatur hoc quod per metum fit: vt extra istum casum existens prout repugnat voluntati: hoc non est nisi sm considerationem tm̄. Et ideo est inuoluntarium sm quid. i. prout consideratur extra istum casum existens. Et licet quod per metum fit: voluntas non ferat in illud propter seipsum: tamen fertur in illud ꝓpter aliud. s. ad repellendum quod timet malus: vnde voluntarius motus est. Sufficit enim ad rationem voluntarij q̄ fiat propter aliud. Voluntarium enim est: non solum quod volumus vt finē sed etiam quod volumus propter aliud: vt ꝓpter finem. Sed in eo quod fit per vim. s. absolutam. voluntas interior nihil agit. Unde differūt quod agitur per vim: ⁊ quod agitur per vim: ⁊ quod agitur per metū: sicut inuolūtariuz ⁊ voluntariū: Cōcupiscentia autem que est passio non causat inuoluntariū etiam sm quid sicut timor. Rō est q⁹ timor est de malo. Cōcupiscētia autez respicit bonum. Malū autem sm se contrariatur voluntati. Sed bonum est voluntati consonū: vnde magis se habet timor ad causandum inuoluntariuz quam concupiscentia: immo concupiscentia auget voluntarium.

Quod fit ex igno ¶. V.

rantia dicitur etiaz mixtū voluntario ⁊ inuoluntario. Sed non intelligitur hoc de quacūq; ignorantia. Pro cuius declaratione dicit. b. tho. ꝑma secunde. q. vi. arti. viij. q̄ ignorantia tripliciter se habet ad actum voluntatis. s. cōcomitanter: consequenter: antecedenter: Concomitanter q̄daz primo modo: qñ ignorātia est de eo quod agitur tm̄ etiam si sciretur nihilominus ageretur. Tūc enim ignorantia non inducit ad volendū: vt hoc fiat: sed accidit simul esse aliquid factum ⁊ ignoratum: sicut in hoc exemplo. Cum aliquis vellet quidem hostem occidere sed ignorans occidit eū putans occidere seruū. Et talis ignorantia nō facit inuoluntarium vt phūs dicit: quia non causat aliquid quod repugnat voluntati: sed facit nō voluntarium quia non potest esse actu volitum qō est ignoratum. Consequenter autē habet ignorantia ad voluntatem: in quātum ipsa ignorātia est voluntaria. Et hoc contingit dupliciter ꝟz duos modos voluntarij supraposītos. Uno modo quia actus voluntatis fertur in ignorātiam: sicut cum aliquis vult ignorare vt excusatōez habeat de peccato suo: vel vt non retrahatur a peccādo ꝟz illud. Job. xxi. Sciētiā viarum tuarū nolim⁹: Et hec dicitur ignorantia affectata. Alio mō dicitur ignorātia eius quod quis potest scire ⁊ debet. Sic enim non agere ⁊ non velle: voluntariū dici: directe. Hoc igitur modo dicitur ignorantia. Sive cum aliquis actu non considerat quod cōsiderare potest ⁊ debet: que est ignorantia male electionis ex passione vel habitu proueniens. Siue cū quis noticiam quam debet non curat acquirere. Et sm hunc modum ignorantia vniuersaliuz iuris que quis scire tenetur: voluntaria dicitur q̄si per se negligentiam veniens. Cum autem ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum: non causat simpliciter inuoluntariuz: sed causat tamē sm quid inuoluntarium in quatum precedit motum voluntatis ad aliquid agendum qui nō esset scientia presente. Antecedenter se habet ignorantia ad voluntatem: qñ non est voluntaria: et tamen est causa volendi: q̄ alias hoc non vellet: cum homo ignorat aliquam circūstantiam actus quaz non tenebatur scire. Et ex hoc aliquid facit quod non faceret si sciret. Puta cum aliquis diligentia adhibita nesciret aliquem transire per viam: proijcit sagittam que interficit transeuntem: ⁊ talis ignorantia que dicitur facti: causat inuolūtarium simpliciter.

De predictis. s. ¶. VI.

voluntario ⁊ inuolūtario ⁊ mixto ex vtroq; multa habentur in iure: vnde pluribus aliqua ponentur. Ubi sciendum: q̄ regulare est: q̄ ea que vi metus ve causa fiunt: carent roboris firmitate. extra de his que vi me. ve cau. fi. c. ad audientiaz. Et talia sunt inuoluntaria simpliciter vel sm quid.

Pro cuius declaratōe nota sm Raī. q̄ vis est maioris rei ipetus: qui repelli non pōt. ff. qō met. cau. l. i. Metus vero ē instantis vl futuri periculi causa mentis trepidatio. Et idem beatus Tho. in quarto. Uis autem seu coactio est duplex ꝟz tho. in quarto. Et sm glo. super ca. de iudeis. dis. xlv. scilicet absoluta ⁊ conditionata. Et de absoluta coactione intelligit diffinitio supradicta ō vi data

Titulus Quartus

Et hec quidez: quia est in voluntaria simpliciter in materijs peccatoruz excusat a toto: sicut siqua est mulier que violēter cognoscat: vel si violenter manus alicuius accipiatur ad ponendum thura super ignem coram idolis ꝛ huiusmodi. Jn nullo peccatur voluntate omnino renitēte: vt habetur xxxij. q. v. ita ne. ꝛ c. sequenti. Talis etiaz coactio absoluta tollit veritatem ꝛ affectum sacramentorum: vt dicitur in glo. super. c. de iudeis dis. xlv. Si enim quis teneatur violenter: ꝛ ipso reclamāte baptizetur nil recipit nec caracterem nec gratiā ꝛ sic de ordinibus sacris. Coactio cōditionata quia hec non est omnino inuoluntaria: sed est voluntarium mixtum. Jn se enī illud non vellet ad quod cogitur. Sed vult penas euitare quibus cogitur: ꝛ ideo assentit. Unde non excusat a toto sz a tanto in malis. Unde dicitur extra eo. ti. sacris: q̄ licet metus culpam attenuet: non tamē prorsus excludit: quia pro nullo metu quis debet cōmittere mortale peccatum. Et sub hac coactōne cō ditionata cōprehenditur metus: siue caactio per metum fm. b. tho. in. iij. ꝛ Pe. Que est duplex. Una. s. leuis ꝛ insufficiens: que non cadit in ꝓstantem virum: vt si quis non timeret non perdē gratiam seu amicitiam alicuius: si non facit qō vult. Dicitur etiam metus leuis in vno: qui nō timetur in alio: quia non est verisimile hominem clare dignitatis in vrbe timuisse: vel regem pareū mūitez suū: vt. xxxj. q. ij. c. Lotharius. ꝛ. ff. q̄ me. cau. l. ñ est verisimile. Alia coactio est grauis per metum: qui. s. cadit in cōstantem virum: vt metus mortis vel cruciatus: ꝛ talis metus excludit matrimoniū quo ad deum ꝛ quo ad ecclesiam: fm tho. ꝛ Pe. ꝛ Alber. in. iij. Et Rai. ꝛ Hosti. in sum. Et similiter timor strupri vel seruitutis excludit mātimonium: fm prefatos doctores. Nec differt vtrū predicta quattuor fiant in persona propria: aut liberoruz: aut vxoris. Unde versus. Excusare metus hos posse puta quia vis sit. Strupri siue stat' veberis atq; necis. Et hoc nisi postea cōsentiret. Talis etiam metus qui pōt cadere in constantē virū rescindere facit contractus. Dicit tamē alber: in. iij. q̄ cōpulsus per metum cadentem i constātem virum: cum promisit aliquid alteri vbi est iudicium per quod potest inueniri defensio a iudice: debet soluere promissum. s. quod de se non est malum: vt dare cētuz florēos ꝛ huiusmodi. Competit enim actio ex lege ꝛ ex canone: ꝛ iudex debz restituere facere in integruz. Sed si defectus sit iudicis: tunc non debet soluere vt puto. Et hoc si iuramentum non interuenit. Nam tunc soluēdum est. Uel faciat per superiorem relexare. Si autem iam violauit iuramentum non soluendo: veniēs ad penitenciam non est cogendus ad dandum ꝓ nussum: sed penitentia iniungenda de peccato.

Jsta etiam coactio conditionata: ꝛ si non impediat veritatem sacramētorum in suscipiente: impedit tamen effectum secundarium. s. gratia. Qui enī suscipit baptismū vel ordinē: timore: ne amittat vitam vel substantiā: alias non susceperus: ñ recipit gratiā sed caracterem vtiq; recipit: vt dicit in glo in dicto. c. de iudeis. dis. xlv. Idem Rai. et Thomas. Et quāuis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiā coactione conditionali: vnde dicitur de iudeis Precipit sancta synodus nemini vim inferri ad credendum. Non enim inuiti saluandi sunt. s. tales: sed volentes: vt integra sit forma iustitie. dis. eadem. Tamē si qui coacti sūt per talem coactōem conditionatam: cogendi sūt ad seruandum fidem ꝛ regulas christianoruū: quā necessitate susceperūt: vt dicit i dicto. c. de iudeis. Non autē cogendi sunt qui absoluta coactione sunt coacti: quia nil acceperunt. Que etiā fiūt ex ignorātia non inuincibili: sed procedente ex negligentia que dicitur crassa ignorantia: sunt inuoluntaria mixta. Et de his. xv. q. i. §. Sed hoc. Et c. sequenti. Item non solum que fiunt coactione absoluta sunt in voluntaria simpliciter. Sz etiaz que fiūt mente omnino alienata ꝛ ideo nō imputantur ad culpam vel penaz. Unde Aug. Aliqs scimus subito dementes factos: ferro: fuste: morsibus: lapidibus: multos nocuisse: quosdam etiam occidisse: captos aūt industria in iudicijs oblatos minime reos factos: eo q̄ non volūtate sed impellente vi: nescio qua: hec gesserūt nescientes. xv. q. i. aliquos. Nec obstat. c. si qs insaniens. q. ea. Ubi penitentia dicitur imponenda ei qui in insania fecit homicidium: reuerso ad ꝓprium sensuz. Hoc enim fit vt dicit ibi glo. ad cautelam: quia. s. forte non totaliter erat mente alienatus. ar. xxxij. q. ij. in lectum. Et ne deseratur ecclesiastica disciplina: vt. xxij. q. v. excōicatoz. Jo. Quod autem gratianus dicit in sequenti. §. q̄ ideo penitentia iniungitur tali: quando ex culpa sua incurrit illaniaz. Et sic videtur ei imputari aliquo modo: tūc dicit glo. Job. q̄ illa opinio Gratiani non est approbanda: quia talis satis ipo iure punitur. iij. q. ix. c. indicas. De voluntario simpliciter intelligit illō Ambro: Illa cauēda sūt flagitia que ex nīa ꝓ deunt voluntate: delicta iuuētutis ꝛ irrationabiles corporis passiones. Quorum non sumus oñi: principia extrinsecus non requiramus: nec deriuemus in alios: sed agnoscamus que propria nostra sunt: q̄ possumus non facere si volumus. Huius electionem mali potius nobis debemus ascribere xv. q. i. Illa.

De actibus voluntatis ab ipsa de immediate elicitis: ꝛ de ipso velle qui est primus actus.

Capitulum quartum.

p de actibꝰ uolūtatꝭ p se ⁊ ue. fruy. ⁊ intendē.

Capitulum Quartum

Deinde uidendū

est de actibus voluntatis ab ipsa ūmediate elicitis. Mouetur autē voluntas in finem: ⁊ in ea q̄ sunt ad finem. Primo igitur agendum de actibus voluntatis ab ea elicitis: quibus mouetur in finem. Et hi sunt tres. s. velle: frui: ⁊ intendere. Deinde ȯ actibus voluntatis quibus mouetur in ea que sunt ad finem. Et hi sunt tres. s. eligere quod tñ p̄cedit ꝓsulē. scōm ē consentire. tertius vti. Et quantum ad primos actus sciendum: q̄ cū actus voluntatis primo sit respectu finis. Uoluntas ipa respicit finem tripliciter. Uno modo absolute: ⁊ sic dicitur actus eius voluntatis seu volitio: put scilicet absolute volumus vel sanitatem vel si q̄d aliud est huiusmodi. Alio modo voluntas respicit finem: fm eam consideratōez quia in ipso quiescit: ⁊ talis actus voluntatis dicit fruitio. Tertio modo consideratur finis prout volūtas respicit ipsum: fm q̄ est terminus alicuius quod i ipm ordinatur. Et actus voluntatis: fm hanc ꝓsiderationem seu respectum dicitur intentio. Non enim ex hoc solum dicimur intendere sanitatem q̄ volumus eam: sed quia volumus per aliquod aliud ad eam puenire: vt per medicinam ⁊ huiusmodi: Dec. b. tho. prima secūde. q. xij. arti. i. Et q̄tū ad primum actum voluntatis qui est velle: inspicienda sunt tria. Primum de quo sit voluntas. Secundum a quo moueatur volūtas. Tertium quomodo moueatur volūtas.

p Primo respiat finē tr̄

Quantuz ad pri §. I.

p De solo aptūt ad bonū.

muz voluntas seu velle est tñ de bono. Unde dio. dicit. iiij. ca. de diui. no. q̄ malum est preter volūtatem eo q̄ omnia appetunt bonum. Sed bonū de q̄ n̄ est voluntas: non est semper verū bonum. Sed aliquando verum: aliquando apparens bonum ⁊ actus peccati. Prō cuius declaratōe dicit b. tho. prima secunde. q. viij. arti. i. q̄ voluntas ē appetitus rationalis. Omnis autem appetit' nō est nisi boni. Huius ratio est. Quia appetitus nō est aliud quā inclinatio appetentis in aliquid. Nihil autem inclinatur nisi in aliquid simile ⁊ cōueniens. Cum igitur omnis res: in quātum est ens ⁊ substantia sit quoddaz bonum: necesse est vt omnis inclinatio sit in bonum. Et non est q̄ dñs dicit in p̄mo ethicoruz: q̄ bonū est quod omnia appetunt. Sed cōsiderandum est: q̄ cum omnis inclinatio cōsequatur aliquam formam. Appetitus naturalis ꝓsequitur formā in natura existētē. Appetitus aūt sensitiuus vel intellectiuus seu rationalis qui dicitur volūtas: cōsequitur formam apprehensam. Sicut ergo id in quo tendit appetitus naturalis: est bonum existens in re: ita id in quod tendit appetitus aialis seu rōnalis est apprehensum. Ad hoc ergo q̄ voluntas in aliquid tendat: non requiritur q̄ illud sit bonum in reuerita te: sed q̄ apprehēdat ī rōe boni: ꝓpter hoc dñs dicit. ij. phisicoruz: q̄ finis ē bonum l' apparens bonū lz eadem potentia sit oppositoruz. Sicut visus est albi ⁊ nigri: non tamen eodem modo. Sic voluntas est bōi ⁊ mala. Sed ad bonum se habet illud appetendo: ⁊ ille actualis appetitus dicit voluntas seu velle. Ad malum se hz voluntas fugiēdo: ⁊ ipsa fuga mali magis dicitur voluntas: non malum ipsum. Uolumus enim non malum: sed fugere malum: ⁊ hoc hz rōem boni. Futura autē ⁊ si non sint in rerum natura: apprehēduntur tñ sub ratione boni vt entia rōis: sicut etiā sunt ꝓpositōes ⁊ negatōes: vt non loquitur: nō opari: que dicuntur entia rōis: ⁊ sic in ens tendit volūtas. Unde ⁊ dñs dicit in. v. ethicoruz: q̄ carere malo habz rōem boni. Uolūtas ꝓut signat actum ipsius volitiue potentie ꝓprie est finis: non eorum que sunt ad finez. Prō cuius declaratōe dicit. b. tho. prima secunde. q. viij. arti. ij. q̄ voluntas q̄nq̄z dicitur potentia qua volumus: q̄nq̄z dicit ipse act' voluntatis. Secūdum ergo q̄ voluntas nominat potentiam: sic se extendit ad finem: ⁊ ad ea que sunt ad finem. Ad ea enim extendit vnaquecz potentia: in quibus inueniri pōt q̄quomodo ratio sui obiecti. Sicut visus se extendit ad omnia que participant quoquomodo colorem. Ratio autē boni quod est obiectum potentie voluntatis: inuenit ñ solum in fine: sed etiam in his que sūt ad finem. Sed fm q̄ voluntas nominat actum: sic ꝓprie loquendo est finis tñ. Cuius ratio est: q̄ omnis actus denominat' a potentia: denominat simplicem actum illius potētie. Sicut intelligere nominat simplicem actum intellectus. Simplex autem actus potentie tendit in id quod fm se ē obiectum potentie. Id autem quod ꝓpter se est bonum ⁊ volitum est finis. Unde voluntas ꝓprie est ipsius finis. Ea vero que sunt ad finē: nō sunt bona vel volita ꝓpter seipsa: sed in ordine ad finem. Unde voluntas in ea non fertur nisi quatenus fertur in finem. Unde hoc ipsum quod in eis vult est finis. Actus voluntatis potest ferri in finem absq̄ hoc q̄ feratur in ea que sunt ad finē: Sed in ea que sunt ad finem: in quantum huiusmodi ferri n̄ pōt nisi feratur in finez. Unde vno actu fertur in vtrunq̄. Dec sic probat beat' tho. prima secunde. q. viij. arti. iij. cum finis sit fm se volitus. Id autem quod est ad finem non sic volitum nisi ꝓpter finem: manifestum est q̄ volūtas potest ferri in finem absq̄ hoc q̄ feratur i ea que sunt ad finem. Sed in ea que sunt ad finē: in q̄tū huiusmodi. Uoluntas ferri non pōt nisi feratur ī finem. Sic igitur voluntas in finem fertur dupli

p Ultimo alri dr̄ p̄ alri dr̄ actꝰ.

citer. Uno modo absolute fm se. Alio modo i ratione volendi ea que sunt ad finem. Manifestum est ergo: q vnus z idem motus voluntatis ē quo fertur in finem: fm q est ratio volendi ea q̄ sunt ad finem: z in ipsa que sunt ad finem. Sed alius actus est quo fertur in ipsum finem absolute. Et quandoq; procedit tempore. Sicut cum aliquis primo vult sanitatē: z postea deliberans quomō possit sanari: vult conducere medicum vt sanet. Exemplū. Quandocūq; videtur color videtur z lumen eodem actu: pōt tamen videri lumē absq; hoc: q videatur color. Et in executione quidem operis ea que sunt ad finem se habent vt media finis autem vt terminus. Sed in volitione est ecōuerso. Nam voluntas per finem: tāq; per mediū deuenit ad volendum ea que sunt ad finem. Sic intellectus deuenit in conclusiones: per principia que media dicuntur. Unde sicut intellectus aliq̄n intelligit medium: z ex eo non procedit ad cōclusionem: z ambulans ad aliquem locum: aliquādo persistit in medio itineris: z non peruenit ad terminum. Sic z voluntas aliquando vult finez: et nō ptingit ad volendum id quod ē ad finem.

Quantum ad se .§ II.

cundum circa actum voluntatis. s. a quo sit ipse actus seu motus voluntatis. Ubi sciendum q motus voluntatis est a deo vt a primo motore oiuz. Est a potentia volitiua quantum ad exercitium actus: fm rationez finis: precipue in volendo finē quia per hoc q vult finē: mouet uoluntas seipaz in volendo ea que sunt ad finem. Est z motus voluntatis ab intellectu ipsius volentis: vt a presentante ei obiectum suum: quod est bonum apprehensum per intellectum. Est quandoq; ab appetitu sensitiuo vt a trahente ipsum: per passionem sub apparenti boni. Et quantum ad primuz q actus voluntatis sit deo: ostēdit apostol' Phi. ij. dicens. Deus est qui operatur in nobis velle et perficere. Pro cuius declaratione dicit. b. tho. prima secunde. q. ix. ar. vi. q sicut motum naturalez rei causare non potest: nisi quod est aliqualiter causa rei: vt q lapis moueatur deorsum. Nam cum mouetur sursum per iactuz hominis: qui homo naturam lapidis non causat: motus ille nō est naturalis sed violentus. Ita z si homo habens voluntatem moueri possit ab aliquo quod non est causa eius: vt ab alio homine per violentiam: motus tamē voluntatis eius q sit ab aliquo extrinseco: quod non sit causa eius est impossibile. Uoluntatis autem causa nihil aliud esse potest: q deus. Et hoc dupliciter. Primo ex hoc q voluntas est potētia anime rationalis: que a solo deo causatur p creatiōem vt dictum est supra. Secūdo ex hoc patet: q voluntas habet ad vniuersale bonū ordinē

Omne autem aliquid bonum per participatiōez dicitur: z est quoddam bonum particulare. Particularis autem causa non dat inclinatiōem vniuersalem. Unde nec materia prima que est potentia ad omnes formas: potest causari ab aliquo particulari agente. Nec tamen sequitur: q cū homo vult malum: deus moueat voluntatem eius ad illud malum: quia ipse est motor z vniuersale obiectum voluntatis: qm fm. b. tho. vbi supra. Deus mouet voluntatem hominis: sicut vniuersalis motor: ad vniuersale obiectum voluntatis quod est bonum. Et sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo p rationem determinat se ad volendum hoc vel illud quod est vere bonuz l' apparēs bonū. Sed iterdū mouet specialiter deus aliqō ad aliquid determinate volendum: quod est bonum: sicut in his q̄s mouet per gratiam. Mouetur etiam voluntas ad actum suuz ab intellectu. Unde phūs dicit in iij. de anima: q appetibile intellectum est mouēs non motum. Uoluntas autez est mouens motū. Motum. s. quia mouetur ab intellectu. Mouēs quia mouet alias potentias: etiam ipsum intellectum quantum ad exercitum actus. i. ad intelligēdum. Non tamen mouet intellectus voluntatem ex necessitate. Unō Aug. tractans illud. ps. Lōcupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas &c. ait. Preuolat intellectus: sequitur tardus aut nullus effectus. Scimus bonum nec tamen delectat agere. Cuius ratio est fm. b. tho. quia sicut imaginatio forme conuenientis vel nociui: sine extimatione non mouet appetitum sensitiuū. Ita nec apprehensio veri: sine ratione boni nec appetibilis mouet voluntatem. Unde intellectus speculatiu⁹ non mouet: sed practicus: vt dicitur in. iij. de aia.

Pro maiori horum declaratione dicit beatus tho. prima secūde. q. ix. ar. i. In tantum aliquid indiget moueri: in quantum est in potentia ad plura. Oportet enim vt id quod est in potentia reducatur ad actum p aliquid quod est actu: z hoc ē mouere. Duplex autez aliqua vis inuenit esse in potentia ad diuersa. Uno modo quantuz ad agere z non agere. Alio modo quantum ad agere: hoc vel illud. Sicut visus quandoq; videt actu: z qñq; ñ videt: z qñ.p videt albū: qñq; nigz. Indiget igit mouente quātū ad duo. s. quātū ad exercitiū z vsū actus. Et quātū ad determinatōez act⁹. Quoz primū est ex parte subiecti: quod inuenitur qñq; agens qñq; non agens. Aliud ē ex pte subiecti fm q specificatus actus. Motio autem ipsius subiecti est ex agente aliquo. Et cum omne agens agat propter finem: principium huius motionis est ex fine. Et inde est q ars ad quam pertinet finis: mouet artem ad quaz pertinet id quod est ad finem suo imperio: sicut gubernatoria ars

imperat nauifactiue. Bonum autem in cõmuni quod habet rationem finis: est obiectum voluntatis. Et ideo ex hac parte volũtas mouet alias potentias anime ad suos actus: vtimur enim & aliis potentijs anime cum volumus. Nam finis & perfectiones omnium aliarum potentiarum cõprehẽduntur sub obiecto voluntatis: sicut quedã particularia bona. Semper enim ars vel potẽtia ad quam pertinet vniuersalis: mouet ad agendum artem vel potentiam ad quam pertinet finis particulari sub illo vlt cõprehẽsus. Sicut dux exercit' qui intendit bonum cõmune: fm ordinem totius exercitus mouet suo imperio aliquem ex tribunis qui intendit bonum vnius aciei. Obiectum autẽ mouet determinando actum ad modum pncipij formalis: a quo in rebus naturalibus actio specificatur: sicut calefactio a calore. Primum autem principium formale est ens & verum vniuersale: quod est obiectum intellectus. Et ideo isto modo motionis intellectus mouet voluntatem: sicut repsentans ei obiectum suum. Mouetur volũtas etiam ad actum suum a seipsa. Cum enim sit domina sui actus: & ipsa sit velle & nõ velle: quod non esset si non haberet in potestate sua mouere seipsam ad volendum: sequitur quod a seipsa moueatur. Unde dicitur Eccĩ. xv. Posuit deus ante illum scilicet hominem bonum & malum ad quod cũque voluerit extendat manum suam. Pro huius declaratione dicit. b. Tho. prima secunde. q. ix. arti. iij. Ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis: qui est obiectum volũtatis. Sed hoc modo se habet finis in appetibilibus: sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem q intellectus per hoc q cognoscit principium: reducit seipsum de potentia in actum quãtum ad cognitionem conclusionum. Et hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc q vult finem: mouet seipsam ad volẽdum ea que sunt ad finem. Non autem eodem modo mouetur ab intellectu & seipsa. Sed ab intellectu mouetur fm rationem obiecti: in quãtum ipsum sibi repsentat. A seipsa mouetur fm rationem finis: in quantũ vult ea que sũt ad finem propter finem. Nec fm idem voluntas mouet & mouetur sed fm diuersa: quia cum vult finem: est quidem in actu voluntas quo ad finem. In potentia autẽ quo ad illa que sunt ordinata ad illum finẽ. Cum autem vult actu ea que sunt ad finem: reducit se de potentia in actum respectu illorum: & sic vt mouens est in quãtum vult finem: vt mota in quantum vult ea que sunt propter finem. Mouetur voluntas ad actum suum quandoq; ab appetitu sensitiuo: sicut ab alliciente. Unde Jaco. i. dicitur Unusquisq; temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Non enim abstraheretur q̃s a concupiscẽtia nisi voluntas eius moueretur ab appetitu sensitiuo: in quo est concupiscentia.

Pro huius declaratione dicit. b. Tho. prima secunde. q. ix. arti. ij. q id quod apprehẽditur sub ratione boni & conuenientis mouet voluntatem per modum obiecti. Quando autem aliquid videatur bonũ & conueniẽs ex quib' ptingit. s. ex ꝓditiõe ei' quod proponit & ei' cui proponitur. Conueniẽs enim fm relationem dicitur. vnde & vtroq; extremo dependet. Et hinc est q gustus diuersimode disposit': nã eodẽ mõ accipit aliq̃d vt gratum & vt nõ gratum. Unde & philosophus dicit i. iij. ethicorum. Qualis vnusquisq; est: talis finis videtur ei. Manifestum est autem: q fm passionem appetitus sensitiui: immutatur homo ad aliquam dispositionem. Unde fm q homo ẽ in passione aliqua videtur aliquid ei vt conueniens: quod non videtur eidem extra passionem existenti: sicut irato videtur quod non videtur quieto. Et per hunc modum ex parte obiecti appetitus sensitiuus mouet voluntatem. Et quãuis voluntas sit prestantior appetitu sensitiuo simpliciter loquendo: & agens & mouens sit naturaliter prestãtius patiẽte & moto fm Augustinum tamen quo ad illud in quo passio dominatur: appetitus sensitiuus ẽ prestantior voluntate: & ideo voluntas vt mota & patiens subiacet appetitui sensitiuo. Et quãuis volũtatis act' sit vniuersalis: quia sequitur apprehensionem intellectus qui est vniuersalium: tamen quia actus & electiones hominum sunt circa singularia. Inõ est q quia appetitus sensitiuus est virtus particularis: quia sequitur apprehensionem sensus q̃ est particularium rerum: habet magnam virtutem ad hoc q sic disponatur: vt ei aliquid videatur sic vel aliter circa singularia. Mouetur etiam quandoq; voluntas a rebus sensibilibus sibi propositis exterius. Nam voluntas mouetur ab obiecto. Sed obiectum voluntatis potest esse aliquae res exterior sensui proposita: sicut Bersabee visa a Dauid: mouit voluntatem eius ad concupiscẽdum. Unde & Joh. dicit prima epistola. Nolite diligere mundum neq; ea que in eo sunt. s. sensibilia. Dilectio est actus voluntatis. Mouent ergo ista exteriora voluntatem sicut obiecta nõ de necessitate. Nec etiam mouent eo modo quo mouetur voluntas: quantum ad exercitium actus: ab aliquo exteriori agente & imprimente in ipam voluntatem & influente. Sic enim a solo deo mouetur: non autem ab angelis etiam bonis. Quãuis enim angelus operetur in intellectum hominis: confortando lumen ipsius & illustrãdo fantasmata: non tamen operatur in voluntatem mouẽdo ipsam. Sed nec a corporibus celestibus seu planetis potest moueri voluntas directe. Nec i ipam possunt imprimere vel operari directe. Et ratio

¶ Voluntas mouet ab appetitu sensitiuo.

¶ Voluntas mouet se ipã mouetur.

¶ Voluntas mouet ab rebus sensibilibus.

¶ Voluntas mouet nõ per impressionem celestium seu planetarum directe si possit induci.

¶ nullū corpus agit̄ pt̄ in rem incorpoream.

est ſz.b. Tho. prima ſecūde. q. ix. ar. v. Quia nullum corpus poteſt agere in rem incorpoream: ſed econuerſo. Intellectus ⁊ voluntas ſunt potentie anime: que non ſunt affixe organis corporeis: ſz ſunt pure ūmateriales ⁊ ideo impoſſibile eſt: q̄ vllum corpus celeſte directe imprimat intellectum vel voluntatem. Indirecte poſſunt imprimere: in quantum videlicet voluntas moueri poteſt ad aliquid ab appetitu ſenſitiuo per paſſiones eius. In appetitum autem ſenſitiuū ſicut et in alias vires ſenſitiuas: imprimere poſſunt corpora celeſtia: q̄ affixe ſunt organis corporeis. Que organa corporis ſicut ⁊ ipſa corpora omnia inferiora ſubiacēt influentijs ⁊ impreſſionibus corporum celeſtiū. Sicut autem voluntas ipſa nō cogitur ad ſequēdum appetitum ſenſitiuum: quāuis inſtigetur: ſz libera eſt. Nec etiam cogitur ad appetendum ipa ſenſibilia: que proponuntur: in que habent impreſſionem ⁊ operatōem corpora celeſtia. Ita non cogitur a conſtellatōibus ⁊ influentijs corporum celeſtium ad volendum.

¶ Vltimus ad q̄d mouet nō k. et ad q̄d contingenter

De tertio. ſ. de .§.III.

modo quo mouetur voluntas ad actum ſuum: Sciendum q̄ mouetur ad quedam de neceſſitate ⁊ naturaliter: vt ad volendum bonum in cōmuni: ⁊ vltimum finem ſeu beatitudinem: ⁊ que conueniūt alijs potētijs: vt cognitiōez uie veri q̄ ſem per conuenit intellectui: ⁊ eſſe ⁊ venire ⁊ alia huiuſmodi: que reſpiciunt conſiſtentiam naturalez. Ad quedam alia mouetur contingenter ⁊ nō naturaliter vt ad omnia alia. Pro horum declaratione dicit. b. Tho. prima ſecunde. q. x. artic. ij. Q̄ voluntas mouetur dupliciter. Uno modo q̄tum ad exercitium actus. ſ. ad velle ⁊ non velle. Alio modo quantum ad ſpecificatiōem actus. ſ. ad velle hoc aut illud. Primo modo voluntas a nullo obiecto ex neceſſitate mouetur: poteſt enim aliquid de quocūq̄ obiecto non cogitare: ⁊ per conſequens nec actu vel illud. Sed quantum ad ſcām motionis modum: voluntas ab aliquo obiecto ex neceſſitate mouetur: ab aliquo autem non. In motu enim cuiuſlibet potentie a ſuo obiecto conſiderāda eſt ratio: per quam obiectum mouet potētiā. Viſibile enim mouet viſum ſub ratione coloris actu viſibilis. Unde ſi color proponatur viſui ex neceſſitate mouet viſum: niſi aliquid viſum auertat quod pertinet ad exercitium actus. Si autem proponeretur aliquid viſui: quod non omnibus modis eſſet color in actu: ſed ſm aliquid eſſz tale ⁊ ſm aliquid non tale: non ex neceſſitate viſus tale obiectum videret: poſſet enim non intendere in ipſum ex ea parte qua non eſt coloratum in actu ⁊ ſic ipſum non videret. Sicut autem coloratum in actu eſt obiectum viſus: ita bonum eſt obiectū voluntatis. Unde ſi proponatur aliquod obiectū voluntati quod ſit vniuerſaliter bonum: ⁊ ſcām omnem conſiderationem ex neceſſitate voluntas in illud tenderet ſi aliquid velit. Non enim poteſt velle oppoſitum. Si autem proponatur ei aliq̄ obiectum: q̄ non ſm omnem conſiderationem ſit bonum non ex neceſſitate voluntas fertur in illud. Et quia defectus cuiuſlibet boni habet rationem non boni: ideo id ſolum bonum quod eſt perfectum ⁊ cui nihil deficit: eſt tale bonum: quod voluntas nō poteſt nō velle: quod eſt habitudo. Alia autem particularia bona in quantum deficiunt ab aliquo bono poſſunt accipi vt non bōa ⁊ ſm hanc conſiderationem poſſunt repudiari vel acceptari a voluntate: que poteſt in idem ferri ſm diuerſas conſiderationes. Sicut enim intellectus de neceſſitate mouetur ab obiecto quod ē ſemper ⁊ ex neceſſitate verum non ab eo quod poteſt eſſe verum ⁊ falſum. ſ. a contingente. Sic ⁊ voluntas a bono perfecto: cui nihil deficit: vult etiā de neceſſitate ea que ſunt ad finem: ſine quibus finis haberi non poteſt: vt eſſe viuere ⁊ huiuſmōi

Et que vult homo ex neceſſitate: vult etiā naturaliter. Quāuis enim diuidatur contra naturam ſicut vna cauſa contra aliam: q̄daz enim fiunt naturaliter ⁊ quedam voluntarie. Et alius modus cauſandi eſt proprius voluntati: q̄ eſt domina ſuorum actuum: ⁊ habet viam ad oppoſita. Alius modus cauſandi eſt proprius nature: que eſt determinata ad vnum nec habet viam ad oppoſitum. Tamen quia voluntas in aliqua natura fundatur: neceſſe eſt q̄ modus proprius nature quantuz ad aliquid participet a voluntate: ſicut quod eſt prioris cauſe: participatur a poſteriori. Eſt autem in vnaquaq̄z re primum ipſum eſſe quod eſt per naturam: q̄ velle quod ē p voluntatē. Et inde ē: q̄ voluntas aliq̄d vult naturaliter: ⁊ ita determinate: quod non habz viaz ad oppoſita: vt beatitudinem bonum in cōmuni eſſe viuere. Et dicitur hic naturale: ſm q̄ natura dicit quelibet ſubſtantia: ⁊ quodlibet ens. Et ſm hoc dicitur naturale rei: quod conuenit ei ſm ſuam ſubſtantiam: ⁊ hoc eſt q̄ per ſe ineſt ei. Et ſic accipiendo ſemper principium in his que conueniunt rei: oportet q̄ ſit naturale: ⁊ hoc apparet in intellectu. Nam principia naturalis cognitionis ſunt naturaliter nota. Similiter principium volitiuorū oportet q̄ ſit aliquid naturaliter volitum ⁊ hoc eſt bonum in cōmuni: ⁊ vltimus finis.

Motus voluntatis cum ſit a deo vt a primo mouente: non tamen eſt motus neceſſarius ille ſz contingens: niſi in his que naturaliter vult ō quibus dictum eſt. Unde Eccī. xv. dicitur: q̄ deus ab initio conſtituit hominem ⁊ reliquit eū in manu conſilij ſui. ſ. ad volendum vel nō volēdū hoc vel

¶ motus voluntatis q̄ deo attribuit. nō ē motus neceſſarius ſz contingens.

illud. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. pria secunde. q. x. articu. iiij. vt dicit. Diony. Ad prudentiam diuinam non pertinet corrumpere naturam rerum: sed seruare. Unde mouet omnia secundum eorum conditionem: ita q ex causis necessariis per motionem diuinam: sequuntur effectus ex necessitate. Ex causis autem contingentibus consequitur effectus contingenter. quia igitur voluntas est actuum principium non determinatum ad vnum sed indifferenter se habens ad multa. sic deus ipsam mouet: q nō ex necessitate ipsam determinat ad vnum: sed remanet motus eius contingens et non necessarius: nisi in his ad que naturaliter mouetur. Sed ab appetitu sensitiuo cum mouetur voluntas: non mouetur ex necessitate. Nam si talis est passio in appetitu sensitiuo: q tollat totaliter vsum rationis: vt in freneticis et amentibus tunc actus talis hominis non est actus voluntati: sed similis brutorum actibus. Sed non totaliter absorbet rationem passio: sicut cum remaneat aliquo modo iudicium rationis liberum: sic et motus voluntatis. Unde nō necessario mouetur ab appetitu per passionem. ad quod facit quod dicitur Gene. iiij. Sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius.

Capitulum quintum de secundo actu voluntatis qui dicitur frui.

Frui ē secundus actus elicitus a volūtate. Ubi notandum secundum. b. Tho. pria secunde. q. xi. q visio dei in quantum est visio: est actus intellectus. In quantum autem est bonum et finis est voluntatis obiectum: et hoc modo est eius fruitio. Et sic hunc finem consequitur intellectus vt potentia attingens: voluntas tanquam potentia mouens ad finem: et fruēs fine iam adepto. Itē nota secundum. b. Tho. vbi supra q in declaratione quam importat fruitio duo sunt. s. percepti conuenientis que pertinet ad apprehensiuam potentiam: et complacentia eius quod offertur vt cōueniens: et hoc pertinet ad appetitiuam in qua ratio delectatōnis perficitur. Pro quorum declaratione dicit. b. Tho. in primo sen. di. i. Ubi diffuse tractatur ista materia etiam in textu: q fruitio consistit in optima operatione hominis: cum fruitio sit vltima felicitas hominis. Felicitas autem nō est in habitu: sed in operatione secūdum philosophum. Optima autem operatio hominis est operatio intellectus ad nobilissimum obiectum quod est deus. Unde ipsa visio diuinitatis ponitur tota substantia nostre beatitudinis. Juxta illud Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te et. Ex ipsa autem visione: cum ipsum visum non videatur per similitudinem sed per essentiam: efficitur quodammodo intra videntem: et ita est cōprehensio que succedit spei: consequens visionem que succedit fidei: sicut et spes quodāmodo generatur ex fide. Et ex hoc q ipsum visum receptum est intra videntem: vnit sibi ipsum videntem: vt fiat quasi quedam mutua penetratio per amorem. Sicut dicitur. i. Joh. iiij. Qui manet i charitate in deo manet et. Ad vnionem autem maxime conuenientis sequitur summa delectatio. Et i hoc perficitur nostra felicitas quam nominat fruitio. Ex parte sui cōplementi magisq ex parte principij: cum includat in se quādam delectationem. Et ideo ipsa fruitio est actus voluntatis: et fm habitum charitatis: q̄uis fm ordinem ad habitus et potentias precedentes. Quando enim cōcurrat ad fruitōem predicta tria. s. visio: comprehensio: et amatio: perficitur tamē ipsa in amore. Et alie quidem virtutes coniungūt nos deo per modum meriti et dispositiōis: charitas p modum perfecte vnionis. Dantur autem diuerse diffinitiones eius fm diuersos respectus. Et prima est q frui est amore inherere rei propter se. Hoc datur per comparationem ad obiectum et habitū elicientem actū. Alia ē Augs. dicentis. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquiescit. Hec datur per comparationem ad potentiā cui' est actus: fm ordinem ad potentiam precedētem s. cognitionem que pertinet ad intellectum. Tertia est q frui est cum gaudio vti non spe: sed rei iam habite. Hec datur per comparationem cōsequētem actum in quantū est perfectum. s. gaudium de re habita: nec est incōueniens q de vna re dētur plures diffinitiones: fm diuersas causas vel ppie tates. Quando autem exprimeretur totum esse rei fm omnes causas eius: tunc diffinitiones predicte non essent nisi vna.

¶ fruitio dicitur

Quo fruendum sit. §. I.

¶ frui aliquo dicitur

Ad quod dicendum fm b. Tho. vbi supra: q frui aliquo dicitur triplicit. Uno modo sicut obiecto. Et hoc modo solo deo fruendum est. Et sic dicit Augusti. q fruendum est soluz illis rebus q̄ nos beatos faciūt scilicet personis diuinis. p. f. et spiritu sancto: quia ad bonitatem ipsius dei ordinatur tota bonitas vniuersi: sicut bonitas totius exercitus ad bonum ducis. Secundo modo sicut habitu eliciente actum fruitionis. Et hoc mō beatitudine creata et charitate fruendum est. Deus enim facit beatos effectiue: dando seipsum et causando ipsam beatitudinem. Beatitudo autem creata formaliter facit beatum: sicut albedo facit album. Tertio modo fruimur aliquo sicut instrumēto fruitionis: et hoc modo fruimur potentia cui'

fruitio est actus. Quia vero humanitas christi ñ est finis vltimus: ideo in visione eius non est pro prie fruitio: sed quoddam accidentale gaudium: z non substantialis beatitudo. Homine autem q̄ cūq; sancto non est fruendum simpliciter: sed in deo. Juxta illud quod ait apostolus ad Philemonem. Fruar te in christo. Ubi autem cuz homine in deo frueris: magis deo q̄ homīe frueris. Et sic ꝟz tho. ibi obiectū fruitiōis ē de⁹: conceptes ipsum obiectum per similitudinem gratie in qua inhabitat deus. Peccatore autē non est fruēdum in deo: quia non est in eo gratia que facit deuz inhabitare: que quidem est exemplar expressū ipsi⁹ summe bonitatis: qua fruenduz est. Et multo minus creatura irrationali fruendum est. Nō emz sufficit ad hoc similitudo imaginis vel vestigū: sz requiritur similitudo gratie. Tribus autem p sonis diuinis est vna fruitione fruendum. Huius ratio est duplex: ſm beat. tho. vbi supra. Prima est ex parte essentie. Obiectum enim fruitionis ē summa bonitas. Unde fruitio respicit vnāquāq; personam: prout est sūmum bonum. Unde cum eadem numero sit bonitas trium personarum eadem erit z fruitio. Alia vero sumitur ex pte proprietatum. Sicut enim dicit phūs: qui cognoscit vnum relatiuorum cognoscit z reliquū. Et sic cū tota fruitio originetur ex visione vt dictum est: q̄ fruitur vno relatiuorum in quātuz hmoi: fruitur z reliquo: ꝑma ratio melior.

¶ vna fruitione ē fruēdū tbs ꝑsonis diuīs.

¶ Intēno ē actus voluntatis.

Quorum sit frui

¶ fruitio q̄p fit.

tio. Rñdeo ſm.b. tho. vbi supra. Fruitio ponit quandam delectationem in fine. Delectatio autē non potest esse nisi in cognoscente: z ideo cum creature insensibiles ñ cognoscāt: ñ delectāt nec fruūt. Quāuis enī oē desiderīū sequat cognitōem desiderīū tñ creature insensibilis: qđ est eius inclinatio naturalis non sequitur cognitionem in ipsa existentes ſm cognitōem primi motoris. Item fruitio ꝑ prie loquendo est tantū vltimi finis: bruta autez vltimum finez non apprehendunt: nec finē proximum possunt ordinare ad finem vltimum cū careant ratione cuius est ordinare. Unde non proprie fruuntur. Similiter peccator ponit vltimū finem suum in eo in quo non est. Unde cū verum finem non habeat: non fruitur vere. Quāuis enī talis aliquando faciat aliquid propter deū: tamē q̄ aliq̄d diligit habituabiliter supra deū: z si ñ actu sēp: ió ñ fruit deo: sz illo ad qđ oia ordinat peccūtā videlicet: gloriam venereā delectatōez z hmōi. Ulterius fruitio dicit delectatōem in fine. Unde perfecta fruitio non est nisi perfecta delectatio: q̄ esse non potest ante ꝓsecutōem finis. Unde iustus homo in mūdo non perfecte fruitur. Sed sancti in patria vere z proprie z perfecte fruunt. Magi in.ij. sen. di.i. Fecit deus rōnalem creaturaz vt sūmum bonum intelligeret: intelligendo amaret: amando possideret: possidendo frueret. Deus aūt perfectissime seipso fruitur. Unde Greg. dicit q̄ deus gloriosus est: quia duz seipso fruitur: accedētis laudis indigens non est.

Capitulum sextum. De intentione que est tertius actus voluntatis.

Ē intentiōe que

ē ⁊tiꝰ actꝰ volūtatī a volūtate. hāc xp̄s vocat oculuz dicens Luc. xi. z Math. vi. Si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio recta totum corpus tuuz. i. opus inde sequens lucidum erit. Quāuis autem oculus sit instrumentum visiue potentie: que est apprehensiua potentia: non tamen intentio est actus intellectus: sed voluntatis. Dicitur autē oculus intentio: quia cognitōem presupponit p quaz proponitur voluntati finis ad quem mouet. Sicut oculo preuidemus q̄ tendere debemus tho.

Q: autez intentio sit actus voluntatis. b. tho. prima secunde. q. xij. sic declarat arti. i. Intentio sicut ipsum nomen sonat: signat in aliquid tendere. In aliquid autem tendit: z actio mouentis et motus mobilis. Sed q̄ motus mobilis in aliquid tendat: ab actione mouentis procedit. Unde intētio primo z principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem. Unde dicimus architectorem suo imperio mouere ad id quod intendit. Et idem est in omni precipiente aliquid. Uoluntas autem est que mouet omnes alias vires anime ad finez. Et sic patet: q̄ intentio est actus voluntatis proprie.

Est autem proprie et principaliter itendere ſz b. tho. prima scōe. q. xij. arti. iij. Intendere finem prout. ſ. ordinat motum alicuius vel alterius in finem. Ordinare aūt aliquid in finem: est actus rationis tñ: et quia bruta ratione carent: ideo non proprie dicuntur intendere seu habere itentionē. Sed large sumendo intendere: ſm q̄ id quod mouetur ad finem ab alio dicitur intendere finem: sicut natura dicitur intendere finem quasi mota ad suum finem a deo: sicut sagitta a sagittāte. Et sic bruta intendunt finem in q̄tum mouentur ifluctu: quodam naturali ad aliquid. Non q̄ conſiderent. quod per motum suum possint cōsequi finē quod est proprie intendentis. Sed quasi concupiscentes finem naturali instinctu mouētur ad finē quasi ab alio mota: sicut et cetera que naturaliter mouentur. Intetō aūt non solum est vltimi finis: seo et aliorum finium. Cum cñ vltimus finis humanarum voluntatum sit beatitudo: et per cō sequens vnus finis. Si intentō esset tñ vltimi fi

nis. non esset diuerse hominuz intentiones quod patet esse falsum. Pro cuius declaratõe dicit be. tho. prima secunde. q. xij. arti. ij. q intentio respicit finez: fin q est terminus motus respectu voluntatis. In motu autem potest accipi terminus dupliciter. Uno modo terminus vltimus in quo quiescitur: qui est terminus totius motus. Alio mõ medium quod est principium vnius ptis motus z terminus vel finis alterius: sicut motus de quo itur de. a. in. c. p. b. z. c. est terminus vltimus. b. autem est terminus sed non vltimus: z vtriusq põt esse intentio. Unde z si intentio semper sit finis: ñ tamen oportet q semper sit vltimus finis. Intentio etiam põt esse pluriuz simul. Quod sic declarat. b. tho. vbi supra arti. iij. Aliqua duo põt accipi dupliciter l' ordinata ad inuicem: vel ad inuicem non ordinata. Et siquidem fuerint ad inuicem ordinata: manifestum est q homo põt simul plura intendere. Est enim intentio non solũ finis vltimi: sed etiam finis medij vt dictuz est. Simul autem intẽdit aliquis in finem vltimũ z proximũ sicut confectionem medicine. Si autem accipiantur duo vt non ordinata ad inuicem. Sic etiã potest homo plura intẽdere. Quod patet ex hoc q homo vnũ alteri preelegit quod melius est. Inter alias autem conditões quibus vnus aliquid melius est altero est: quia valet ad plura. Unde põt aliquid pelegi alteri: ex eo q valet ad plura. Et sic patet manifeste q homo plura intendit. Quod autem Aug. dicit: q homo non põt simul ocum z corporale cõmoduz intendere: intelligitur vt vltimos fines: quia non possunt esse hominis plures vltimi fines. Intentio finis z voluntas eius qõ est ad finem aliquo mõ est vn9 z idem motus. Aliquo modo non. Quod sic declarat. b. tho. vbi supra. arti. iiij. Motus voluntatis in finem: z in id quod est ad finem: potest ꝓsiderari dupliciter. Uno modo fm q voluntas fertur in vtrũq absolute z fm se: z sic simpliciter sũt duo motus volũtatis in vtrũq. Alio modo potest cõsiderari fm q voluntas fertur in id quod est ad finem propter finez. Et sic vnus z idem subiecto motus voluntatis est tendens in finem z ad id quod est ad finem. Cum enim dico volo medicinam propter sanitatez: nõ designo nisi vnum motum voluntatis cuius rõ ẽ quia finis est ratio volendi ea que sunt ad finem. Idem autez actus cadit super obiecto: z super rationem obiecti: sicut eadez est visio coloris z luminis: z est simile de intellectu: qui si absolute consideret principium z conclusionem: diuersa erit cõsideratio vtriusq. In hoc autem q conclusiõi ꝓpter principia assentit: ẽ vnus actus intellectus tãtum. In hoc autem differt ab electione: quia in quantum motus voluntatis: fertur in id quod ẽ ad finem: prout ordinatur ad finez ẽ electio. Motus autem voluntatis qui fertur in finem: prout acquiritur per ea que sunt ad finem: vocatur intẽtio. Cuius signum est: q intentio finis esse potest etiam nondum determinatis his que sunt ad finẽ quorum est electio.

De intentione §. I.

loquitur. ps. c. xviij. docens nos suo exemplo ea rectificare dicens. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum: propter retributionem. Intentio siquidem vt ait Ambro. Operi tuo nomen imponit. Nam cuius finis bonus est: eius quoq opus bonum est: z econtra fz philosophũ. Unde saluator ait Luce. xi. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum luciduz erit. Oculus intentio dicitur: qui respicit finẽ seu ea que sunt ad finem respectu finis. Simplex aũt dicitur cum solum intendit vltimum finem sine duplicitate vel alia mixtura: z tunc totuz corpus i. congeries operum inde sequentium luciduz est i. gratiosum. Quattuor autẽ requiruntur ad hoc vt oculus sit simplex z rectus. i. intẽtio que notãt in predicto versu. ps.

Et primũ est q ipsa intentio sit sepata ab arrogatione. ibi. inclinaui cor meuz.

Scõm est q sit sequestrata a deceptõe. ibi ad faciendas iustificatões tuas.

Tertio q sit immaculata sine mortali infectione ibi. in eternum.

Quartũ q sit determinata ī pfecta felicitate. ibi. propter retributõem.

Primo ergo debet intentio ad hoc vt sit recta esse sepata ab arrogantia: vt. s. quãuis quis operetur opera de genere bonorum propter gloriaz cõsequendam: non hoc intendat: tanq deus debeat sibi retribuere ipsam gloriam ex debito necessitatis: seu ex cõdigno. Quia ut ait aplus ad Roma. viij. Non sunt condigne passiones huius tẽporis ad futuram gloriã que reuelabitur in nobis: nec etiam quecũq actiones. Et ratio huius est: quia sicut creatura est virtutis finite: ita z meritũ operis eius: gloria autem dei est premium infinitum. Finitum autem non potest per se attingere ad infinitum. Debet ergo quilibet intendere z credere q principaliter deus ex sua largitate dabit sibi gloriam benefaciendi. Juxta illud ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna. s. habetur. Gratia autem gratis datur. Hoc autem notat. ps. cũ ait. Inclinaui cor meum. i. humiliaui expectans retributionez a domino: non ex operibus iustitie per me factis: sed fm suam misericordiam. Debet secundo intẽtio esse sequestrata a deceptione: vt videlicet non faciat ea que de se sunt mala: propter aliquã finez apparentem bonum. Hoc enim esset decipere se ipsum. Nam vt ait aplus ad Rom. iij. Non sunt

facienda mala vt eueniant bona. Hinc et Greg. Qui hac intentione male accipit vt bene dispen set grauatur potius q̄ iuuetur. i. q. i. non est puta dum. Qa si quis fenus exerceret vt hospitalia & ec elesias ꝓsecraret: vel etiam aliena raperet vt pau peribus subueniret: seipsum deciperet: cū nil me reretur: sz peccatum incurreret. Unde & loth qui obtulit duas filias suas v̄gines habitatoribus so domoꝝ ab eis illudendas ne abuterentur iuueni bus quos ad hospiciū receperat. i. angelis q̄ i for ma iuuenū apparuerāt: potius quod fecit asseri bitur pturbatoi eius ex horrore illius sceleris q̄ rōi: vt di. xiij. quod ait. Jn q̄ frequent' ostendunt hoies ꝓmittēdo diuersa peccata: vt liberēt proxi mos a tribulatōibus vel a peccatis: ꝓpter hoc di cenda mendatia: addēdo periuria vel alia mala. Sed vt dicit Aug. Cū ad id venerit hō vt saluti proximi nisi peccādo ꝓuideri nō possit: iā se non existimet habere quod fac̄. i. quod debeat facere. xxij. q. ij. faciat. Nā ꝓtra ordinē charitatis est sue saluti nocere: vt alteri subueniat. Nec est ꝓtra sen tentiam q̄ moises dñm rogauit vt deleret eū de libro suo: vt populo dimitteret peccatū idolatrie ꝓmissum i adoratōe vituli. Exodi. xxxij. Nō enim sic est intelligendū tā q̄ moises orauerit se priuari salute & deleri de libro viuentū i gloria: hoc enim irrationale fuisset. Sed petyt deleri de libro dei ñ simplicit: sed quātum ad ꝓsolatōes multas: quas debebat a dño recipere in pñti: ꝓut scriptum i li bro dei erat. i. ꝓordinatum: vt ex hoc populo illi parceret de tāta offensa. Quod ḡ dicitur: q̄ quic quid agāt homines intentio iudicat oēs: intelligē dum est hoc: nō de his q̄ mala sunt fm se: sed de bonis seu indifferentibus. Uñ dicit. p̄s. ad hoc si gnandū. Jnclinaui cor meū ad fa. iu. tuas: nō ma la opa sed iustificatōes tuas. i. mādata tua: q̄ ser uata faciūt hoies [illegible]tū. Tertio intentio debet esse imaculata. i. q̄ ille qui facit aliquod bonū et propter deum: non habeat in se maculam pecca ti mortalis: quia de operibus huiusmodi & si bo na intentōe factis: retributōem a deo non haberz in superna gloria. Unde aplus dicit. i. ad Corint. xiij. Si distribuero facultates meas in cibos pau perum: & tradidero corpus meum ita vt ardeam sz propter deum seu propter fidem seruandam martyrio me exponam: charitatē autez nō habu ero nihil mihi prodest. s. quo ad retributōem eter nam. Charitas aūt non ꝓpatitur secū maculā ali cuius mortalis. Qui ḡ est in aliquo peccato mor tali: vt odio: luxuria: inuidia: & huiusmodi: quan tacūq̄ supplicia sustineat pia intētentōe. s. ꝓpter deum: nō tamē inde recipit retributōem glorie. Sed aliqua alia bona. vt prosperitatem liberati onem a multis periculis: dispositōem seu mollifi catōem cordis ad penitentiā: ad minus supplicīū in alia vita. & sic non remanet illud bonū irremu neratum. Et ad hoc signandum dicit. p̄s. Jn eter num peccator non intendit facere iustificatōes. i. mandata i eternum. i. semper. Sed pro tūc: quā do facit aliqua de genere bonorum: vt ieiunia: ele mosinas: orationes: & huiusmodi intētōe retribu tionis & premij. Sed quando ꝓmittit peccata: tūc non inclinat cor suum ad iustificationes dei: imo ab eis recedit transgrediendo. Cum autem quis est in gratia & charitate habet intentionem semp seruādi p̄cepta dei. Unde. p̄s. Pulchritudine tua intēde. i. ex gratia que est pulchritudo anime intē tionem tuam dirige. Quarto intentio ad hoc vt sit recta: oportet q̄ respiciat tā q̄ ad vltimuz fi nem ad retributionem dei. Sed notandum q̄ est triplex retributio a deo. s. tēporalitatis: penalita tis: eterne felicitatis. De prima dicitur Jsa. i. Omnes sequūtur retributiones. s. temporalium Et Luc. xiij. dicit saluator. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos & diuites: & fit tibi retributio. s. alicuius cōmodi tēporalis. Qui igit inclinat cor suum. i. proponit ad faciendum iusti ficatōes domini. i. ad seruandum mandata & ad faciendum bona propter hanc retributōez: vt s. prosperetur a deo in tpalibus: non habet rectam intentionem: vnde nec meretur. Sic & christus dixit quibusdam non recta intentione eū sequen tibus. Queritis me non quia vidistis signa: sz q̄ manducastis ex panibus meis: & saturati estis. Jo ann. vi. Quidam alij aliqua bona faciunt hac intē tione: vt temporalem gloriam inde consequantur de quorum numero fuerunt pharisei: de quibus christus ait. Omnia opera sua faciunt vt videan tur ab hominibus. Math. xxiij. Sed receperunt mercedem suam: dicit ipse Math. vi. De secū da retributione. s. penalitatis dicitur Jsa. iij. ca. Ue impio in malum. Retributio enim manuum suarum. i. operum fiat ei. Et ad Hebr. ij. ca. Ois preuaricatio & inobedientia accipit iustaz merce dem retributōis. s. pene. Qui ergo seruat manda ta hac intentōe principaliter propter retributōez pene infernalis. s. euitandam: non habet intentio nem debitam: nec meritorie operatur. Oportet enim fm Augusti. non solum timere deum iudi cem & punitorem peccatorum: sed etiam vt anxi etur pro gloria. de pe. di. vij. Et regula iuris dicit Qui ex timore facit preceptuz: & si bonū est quod facit: nō tamen bene facit. Sic etiam qui cauent se a peccatis: vel bona aliqua faciunt vt nō flagel lentur a deo: & non alia intentione principaliter: parum vel nihil grati sunt deo. Sicut achab rex israhel: qui ex cōminatōe Helie humiliatus ē ex teriꝰ deferendo scilicium & ieunando: ad euadē

electio importat ad primum ad voluntatem et ad primum ad rationem.

Capitulum Septimum

dum penam sibi cominatam. iij. Reg. xxi. De tertia retributione dicit aplus de veris fidelibus. A dño accipietis retributoez col. iij. Et hanc esse magnam innuit sapiens dicens Eccli. xij. Inueni es retributionem magnam: z hoc simpliciter qz in huiusmodi retributoe continetur omnia bona. Juxta illud. ps. In custodiendis illis retributio multa. Et si aliquis intenderet deo seruire: z mãdata eius custodire propter bona glorie. s. diuitias: honores: pacem: securitatem: sanitatem sapientiam: gaudium: z alia huiusmodi bona: que iustis promittuntur in vltima retributione: habendo respectum ad ista principaliter z nõ ad deum adhuc non esset recta intentio: sed amor mercenarius: quo seruus operatur propter mercedem principaliter ex labore consequendam. Sed seruiendo principaliter deo bona faciendo propter ipsũ cõsequendum in quo z ex quo sunt oia p̃dicta bõa: qm̃ retribuens est dñs vt dicitur Eccli. xxxv. Iste talis habet amorem filialem: z oculum simplicẽ perfecte intentionis bene in gratia operando. Et propter hanc intentoem semper meretur z augeꝫ premium eius. Sic ergo sit oculus tuus simplex: vt dicere valeas cum. ps. Inclinaui coz meum ad faciendas iustificatões tẽ.

Capitulum septimum. De electione prout est actus voluntatis.

consistit in priuari. Sicut egritudo ē priuatio sanitatis: nō q̄ tota sanitas subtrahatur sed ē quasi quedam ad totalem ablationem sanitatis que fit per mortem. Et ideo cum talis priuatio aliq̄d relinquat: non semper est imediata cuz opposito habitu. Et hoc modo malum est priuatio boni: quia non totum bonum aufert sed aliquid relinquitur. Unde potest esse aliquid mediuz inter bonum ⁊ malum. Secundum. s. q̄ nullus actus fm indiuiduum sit indifferens. probatur ex hoc quod dicit christus Math. xij. Omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij: quia. s. est malum. Et dicitur otiosum uerbum fm Greg. quod utilitate rectitudinis uel ratiōe iuste necessitatis caret. si autem non careret his non esset otiosum nec malū sed bonum. Et idem de alijs actibus. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ubi supra. q̄ contigit aliquem actum esse indifferentem scōm speciem qui tamen erit bonus uel malus indiuiduo ꝓsideratus. Et hoc ideo: quia actus moralis non soluz habet bonitatem uł malitiam ex obiecto ex quo habet spēm: sed etiam ex circūstantijs: que sunt quasi quedam accidentia: sicut aliquid contingit indiuiduo hominis fm accidentia indiuiduantia quod non contingit homini fm rationem spēi. Et ideo oportet quod quilibet actus idiuidualis habeat aliquaz circūstantiam: per quem trahat ad bonum uel maluz: ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis sit ordinare: actus a ratione deliberatiua procedens: si non sit ad debitum finem ordinatus: ex hoc ipso repugnat rationi ⁊ habet rationem mali. Si uero ordinetur ad debitum finem: congruit cum ordine rationiſ unde habet rationem boni. Necesse est autem q̄ actus ordinetur uel non ordinetur ad debitum finem. Unde necesse est omnem actum hominis a ratione deliberatiua procedentem indiuiduo cōsideratum esse bonum uel malum. Si autem nō procedit a ratione deliberata: sed ex quadaz imaginatione: sicut cum quis fricatur barba: uel mouet manum uel pedem. talis actus non est ꝓprie moralis uel humanus: cuz hoc habeat actuſ a ratione: ⁊ sic erit indifferens quasi extra genus actuum moraliū existens. Quod autem dic̄ philosophus in. iiij. ethicoruz. de placidis. i. adulatoribus ⁊ prodigis. q̄ non sunt mali: non est contra dicta: quia phūs ibi uocat malos proprie eos qui sunt proximis nociui. Sed theologus dicit actū omnem malum: qui repugnat recte rationi: siue noceat proximo siue sibi soli. Et sic prodigi ⁊ placidi ⁊ huiusmodi sunt mali. Sz ⁊ qui agit aliq̄d querens sustentationem uel quietem corporis sui ut cōmedendo. dormiendo. ⁊ huiusmodi. Si ipz corpus suum ordinat ad bonū uirtutis: ⁊ ille actꝰ pertinebit ad uirtutem ⁊ econtra si malꝰ. Itez nota. q̄ actus vn' in genere nature potest esse bonus ⁊ malus in genere moris: puta ambulatō ad ecclesiam. vnde in principio potest esse bona: ut si fiat propter deum ⁊ in processu mala: ut si mutetur intentio ⁊ fiat propter inanem gloriaz uel lasciuiaz: ⁊ tunc sunt diuersi actus in genere moris bonus ⁊ malus propter mutationem intentiōis: licet unus sit in genere nature. Sed unus ⁊ idem actus in genere moris: est impossibile q̄ sit bonus ⁊ malus: cum sunt contraria. b. Tho. prima secū de. q. xx.

Bonitas uolū §. IIII.

tatis humane in actibus suis. Primo dependet ex obiecto. i. ex bono quod uult. Secundo ex ratione uolentis. Tertio ex lege eterna. Quarto ex hoc q̄ conformatur uoluntati diuine. Primū sic probatur. dicit phūs in. v. ethicoruz: q̄ iusticia est fm quam aliqui uolunt iusta. Et eadez ratōe: uirtus est fm quam aliqui uolunt bona. Sed bona uoluntas est que est fm uirtutem. Unde sequitur. q̄ bonitas uoluntatis ex hoc est q̄ aliq̄s uult bonum. nō quodcūq̄z sed ꝓueniens ad appetēdū fm ratōem. Nam ⁊ malus uult bonum nō q̄dez ueruz sed apparens. Sub hoc etiam q̄ quis uelit bonum: includitur obseruatio debitarum circūstantiarum. Nam si quis uult bonum quādo nō debet: uel ubi non debet: non uult uere bonum. Includitur etiam intentio debiti finis. Nam cum uolumus aliquid propter intentōem alicuiꝰ finis ordo ad illum finem accipitur ut quedam ratio bonitatis in obiecto. i. in ipso uolito. Ut cuz quis uult ieiunare propter deum: ipsum ieiuniū habz rationem boni: ex hoc ipso q̄ fit propter deum.

Secūdo dependet humane uolūtatis bonitaſ ex rōe. Ex eo uidelicet. q̄ obiectū uolūtatis ꝓponit ei per rōem. Ad bonū intellectū est bonū uolūtatis ꝓportōem ei. Bonū sensibile uel imaginatū nō est ꝓportionatuz: ei sed appetitui sensitio: q̄z uolūtas pōt tendere in bonū uniuersale quod ratio apprehēdit. Appetitus autem sensitiuus nō tendit nisi in bonum particulare quod apprehēdit uis sēsitiua. Tertio dependet bonitaſ uolūtatis ex lege eterna: cum est fm eam. Sicut peccatū quod ē ꝓtra bonitatem. dicitur esse actio ꝓtra legē eternā. fm diffinitōez Aug'. In causis enim ordinatis effectꝰ plꝰ depēdet a ꝑma cā q̄ a scōa. cā scōa nō agat nisi ꝑ uirtute ꝑme. Q̄z autē ratio humana sit regula uolūtatis hūane. ex qua bonitas etꝰ mēsuraſ. hoc hz a lege eterna. q̄ ē rō diuina. Unū in ps. Signatū est super nos lumē uultꝰ tui dñe. i. lumen rationis quod ī nobis est: quod nobis pōt ostendere bona ⁊ regulare uolūtatē nāz: ī q̄tū ē lumē uultus tui. i. a tuo uultu seu lege eterna tua

deriuatum. Magis ergo dependet bonitas uolū tatis a lege eterna q̄ a ratione humana. Et ubi ō ficit ratio humana oportet recurrere ad rationē eternam. Que lex eterna licet nobis sit ignota. fz q̄ est in mente diuina: innotescit tamen nobis per rationem naturalem: que ab ea deriuatur ut pro pria imago. uel per aliquam reuelationem super additam. Quarto dependet ex conformitate ad uoluntatez diuinā. Unde super illud Math. xxvi. Non sicut ego uolo sz sicut tu dicit glo. Hoc dicit quia rectum uult esse hominem. ꝛ ad deum dirigi fm Aug. Rectitudo autem uoluntatis ē bonitati ei⁹. Et sic pz q̄ dependz bōitas uolitati ex conformitate diuine uoluntatis. Cum.n. bōitas uolūtati ex itētōe finis: finis āt ultim⁹ uolūtati humane sit deus: qui est sūmum bonum. sequitur q̄ requiratur ad bonitatem uoluntatis humane: q̄ ordinetur ad sūmum bonum quod est deus: ꝛ sic oportet q̄ conformet se cuz diuina uoluntate: formaliter quidem non materialiter. i. in cōmuni ñ particulari. Uolitum enim diuinuz. i. quod uult deus fm rationem cōmunez quale sit scire possumus. Scimus enim q̄ quicquid uult deus uult sub ratione boni: ꝛ ideo quicunqz uult aliquid sub ratione boni habet uoluntatem conformez uoluntati diuine. quātum ad ratōem uoliti. Sz in particulari nescimus quid deus uelit. ꝛ quātū ad hoc non tenemur conformare uoluntatē nraz uoluntati diuine. In statu autem glorie omnes uidebunt in singulis que uult: ꝛ ideo non soluz formaliter sed etiam materialiter conformant uolūtatem suam uoluntati diuine. Ecōtra malitia uoluntatis humane procedit ex obiecto. quādo nō uult uerum bonum: ꝛ ex defectu ratōis. Et quia est contra legem eternam illud uolitum: nec conforme uoluntati diuine. hec.b. Tho. prima scōe q.xi.arti.ix.

De bonitate et §.V.

malitia actuum exteriorum. Bonitas ꝛ malitia p prius repitur in actu interiori uolūtatis. q̄ i actu exteriori. Quod ꝓbatur ex hoc quod dicit Aug. q̄ uoluntas est qua peccatur ꝛ recte uiuitur. Et sic peccatum uel opus bonum per prius repitur in uoluntate. Uerum est tamen q̄ si consideretur bonitas actus exteriorꝭ. fm q̄ est in apprehensione ꝛ ordinatione rōnis: prior est q̄ bonitas ei⁹ uoluntatis. Actus enim exterior est obiectum uoluntatis: in quātuz proponitur uoluntati a ratione. ut quoddam bonū apprehensum ꝛ ordinatū per rationē: ꝛ sic est prius q̄ bonum actus uolūtatis. Sed si consideretur fm q̄ est in executione operis: sequitur bonitatem uoluntatis que ē principium eius. Est enim effectus uoluntatis ꝛ sequitur ipsam. Finis enim est prior in intentōe ꝛ posterior in executione. Item sciendum q̄ tota malitia uel bonitas actus exteriorꝭ non dependet ex uoluntate Nam duplex bonitas uel malitia pōt considerari in actu exteriori. Una scōm debitam materiam ꝛ circūstantias. Alia scōm ordinez ad finem. Et illa quidem que est fm ordinem ad finē tota dependet a uoluntate. Illa autem que est ex debita materia ꝛ circūstantijs dependet ex rōne ꝛ ex hac dependet bonitas uoluntatis. fz q̄ i ipaz fertur. Est autem considerandu q̄ ad hoc q̄ aliquid sit malum sufficit unus defectus. ad hoc autem ut aliquid sit simpliciter bonum non sufficit unum singulare bonuz. sed requiritur integritas uoluntatis. Si ergo uoluntas est bona ꝛ ex ꝓprio obiecto ꝛ ex fine: consequens est actum exteriorez inde sequentem esse bonum. Si autem deficit alterum eorum: erit actus malus. Quando igitur dicitur Math. vij. Arbor bona nō potest fructꝰ malos facere: ubi arbor bona significat bonā uoluntatem: intelligendum est uoluntatem esse bonā ex actu uolito bono ꝛ fine debito. Peccat enīz quis ꝛ quando uult malum actum. ꝛ etiā quādo uult malum finem. Et quando actus exterior dicitur bonus uel malus solum ex ordine ad finem tūc ē oīno cadē bōitas l̄ malitia actꝰ uolūtatis: q̄ p se respicit finē ꝛ actꝰ exteriorꝭ q̄ ispiē finē mediāte actu uoluntatis. Qñ autem actus exterior habz bonitatem uel malitiam scōm se. i. scōm materiā in circūstantias. tunc bonitas actus exteriorꝭ est una ꝛ bonitas uoluntatis que est ex fine est alia. ita tamen q̄ bonitas finis ex uoluntate redundat in actuz exteriorē ꝛ bōitas mē ꝛ circūstātiaꝝ ipīdū dat in actum uoluntatis. Quanuis enim actus interior ꝛ exterior sint diuersi in genere nature. tamen ex eis sic diuersis constituitur unum in genere moris. Tho. prima scōe.q xx. Quomodo actus exterior addit ad bonitatem uel malitiam actus interiorꝭ uel non. Sciendum igitur q̄ bonitas uel malitia actus exteriorꝭ potest considerari dupliciter. Uidelicet ex fine intento. ꝛ ex materia ꝛ circūstantijs. Et quantum ad primuz idest ex uoluntate finis: tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem uel malitiam: nisi contingat ipsam uoluntatem fieri uel meliorem in bōis uel peiorem in malis: per ipsuz actū exteriorē q̄ solū per interiorez. Quod potest contingere triplicit. Primo modo scōm numerum: puta cuz ds uult aliquid facere bono fine uel malo: ꝛ tunc id non facit. postmodū autem uult ꝛ facit. Et sic ibi duplicatur actus uoluntatis. Unde ibi duplex bonum est uel duplex malum. Secūdo modo quātum ad extensionem: puta cuz quis uult aliquid facere bono fine uel malo: ꝛ propter aliquod impedimētū desistat. Alius autem cōtineat motum uolūtatis. quousqz ꝓficiat op⁹: manifestū ē q̄ hꝰ mōi

Opus malum uel bonum ex uoluntate dependet

voluntas est diuturnior in bono ul' in malo. ⁊ sic melior uel potior. Tertio modo scōm intentōez Sunt enim quidam actus exteriores qui inquantum sunt delectabiles uel penosi. nati sunt intendere uoluntatem uel remittere. Constat enim q̄ quanto uoluntas intentius tendit in malum uel bonum. tanto est peior uel melior. Quantum ad secūdum. i. loquendo de ipso actu exteriori secūdum materiam ⁊ circūstantias. Sic comparat ad uoluntatem. ut terminus ⁊ finis. Et hoc modo addit ad bonitatem uel malitiam uoluntat'. quia omnis inclinatio uel motus perficitur in eo q̄ consequitur finem uel attingit terminum. Unde non est perfecta uoluntas. nisi sit talis que data opportunitate operetur. Si vō possibilitas ō sit: uoluntate existēte perfecta ut operetur. si posset defectus perfectionis que est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem sicut non meretur premium uel penam in operando bonum aut malum: ita aliquid nō tollit de pena uel premio: si homo inuoluntarie simpliciter deficiat ad faciendum bonum uel malum hec. b. Tho. prima secunde. q. xxi. Euentus autē sequens ex actu exteriori aliquando addit ad bonitatem uel malitiam. aliquando non addit. Nā si euentus est precogitatus: manifestum est q̄ addit ad bonitatem uel maliciam. Si quis enim cogitans q̄ ex opere suo multa mala possunt sequi ⁊ tamen non desistit. utiq; grauius peccat. ⁊ sic i bonis actibus magis meretur. Si autem non sit precogitatus talis euentus. tunc distinguendum quia si per se ⁊ ut in pluribus sequitur talis euentus ex tali actu. sic euentus huiusmodi addit ad bonitatem uel maliciam actus. Manifestum est enim actum esse meliorem ex suo genere ex quo possunt sequi plura bona. ⁊ peiorem exquo possunt ⁊ sequi plura mala. Si uero per accidens ⁊ ut in pautioribus: tunc euentus non addit ad maliciam uel bonitatem actus. Non enim datur iudicium de re aliqua scōm id quod ē p accidēs. sz solum fm id qō est per se.

Actio humana §. VI.

dicitur bona uel mala. recta uel peccatum. laudabilis uel culpabilis. meritoria uel demeritoria. ſz diuersos respectus. ⁊ bonum ⁊ malum in plus se habent q̄ rectum uel peccatum. Quelibet enī priuatio boni in quocūq; existat: habet rationez mali. Actio humana in tantum dicitur bona in quantū habet de entitate. Si enim quis agat fm materiam conuenientem rationi ⁊ debitas circūstantias ⁊ ad bonum finez: erit actio bona simpliciter in genere moris. quia habet totaz plenitudinem entitatis actionis moralis. Si aliquid horū deficiat: erit mala in genere moris. remanebit tamen bona in genere nature. quia omnis actio in quātum actio est bona. Sed ⁊si quis ābulet claudicando: poterit dici actio illa mala in genere nature. quia deficit a perfectione ambulationis. Sz quia rectum dicitur cuius medium non discrepat ab extremis. dicitur actio humana recta quādo ipsa actio que est quasi medium non exijt ab extremis. videlicz ab ordine principij actiui ad finē debitum. In his enim que aguntur per uoluntatem. regula proxima est ratio humana. regula suprema est lex eterna. Quādo ergo actus hūanus procedit ab hac duplici regula ut a principio intendit in finem: tunc est rectus. qñ autem ab hac rectitudine obliquatur: dicitur esse peccatuz. ⁊ sic peccatum proprie consistit in actu qui agit propt̄ finem aliquem. cum non habet debitum ordinez ad illum finem. Sicut autem maluz in plus se habet q̄ peccatum. ita peccatuz in plus q̄ culpa. Ex hoc enim dicitur actus culpabilis uel laudabilis ex hoc q̄ imputatur agenti. Nihil est enim aliud laudari uel culpari. q̄ imputare alicui maliciam uel bonitatem sui actus. Tunc autem actus imputatur agenti. quando est in potestate ipsius. ita q̄ habet dominiū sui actus. Hoc autem est in oīb' actibus uoluntarijs. Unde sequitur q̄ bonum ⁊ malum solum in actibus uoluntarijs constituit rationem laudis ⁊ culpe: in quibus idem est malum peccatum ⁊ culpa. Meritoria autem dicitur actio uel demeritoria per respectum ad retributōez. que fit fm iusticiam. Retributio autē fit alicui fm iusticiam ex eo q̄ agit in profectū uel nocumentum alterius. Unusquisq; autem in aliqua societate uiuens est quodammodo pars et membrum totius societatis. Quicūq; ergo aliqd agit in bonū uel malū alicuius de societate existētis. hoc redūdat in totam societatem. Sicut qui ledit manū per consequens ledit corpus totuz cuius est manus. Quando ergo quis agit in bonuz uel malum alicuius de societate aliqua: debet ei retributio premij uel pene. primo ab illa psona quam iuuit uel lesit: deinde a toto collegio. Si autem agit in bonum uel malum totius collegii: Debetur ei retributio primo a toto collegio premii uel pene: exinde a singulis de collegio. Et cuz agit in bonuz uel malum proprium: etiam ei debetur premiū uel pena. quia ipse etiam pars ē collegii. ⁊ sic iuuit uel nocuit. Habet ergo actus hūan' rōem culpe uel laudis: scōm q̄ est in ptāte nāa. Rectitudinis autem uel peccatū scōm ordinē ad finem. Meriti uel demeriti scōm retributōez iusticie. Et quia actus hois habet rōnem meriti uel demeriti. scōm q̄ ordinatur ad alterum. uel ratione cōmunitatis seu cōmunis. Utroq; autē modo actus nostri boni uel mali habent rōnem meriti uel demeriti apud deum. Ratione quidez

Capitulū Duodecimū

ipsius dei i quantum est ultimus finis hominis. Est autem debitum ut ad finem ultimuz omnes actus referantur. Unde qui facit actum malum non referibilem in deum. non seruat honoꝛi dei: qui ei ut ultimo fini debetur. Ex parte uero totius cōmunitatis uniuersi. quia in qualibet cōmunitate ille qui regit cōmunitatem precipue habet curam boni comunis. unde ad deum pertinet retribuere pro his que bene uel male fiunt in cōmunitate. Est autem deus gubernatoꝛ ⁊ rectoꝛ totiꝰ uniuersi. ⁊ specialiter creaturaruz rationabiliū. Et sic patet q̄ actus humani habent rationē meriti uel demeriti. per cōparationem ad deuz. Aliquin sequeretur q̄ deus non haberet curam de actibus humanis. Unde Eccs. ul. Omnia q̄ fiunt adducet dominus in iudicium siue bonū siue malum. b. Tho. prima secūde. q. xxi. De merito apud deum quod procedit ex uoluntate: presupposita tamen prius gartia. Nota fm Duranò. oꝛdinis minoꝛum in sūma sua. q̄ peccatum omne consistit in uoluntate sicut effectus in causa. ꝗa uolūtas ē causa omnis peccati. Unde Aug. Peccatum est adeo uoluntarium. q̄ nullo modo est malum nisi sit uoluntarium. xv. q. i. non est. Ita meritum omne a uoluntate procedit quantuz est ex parte nostra. Uñ ò pe. di. i. Uolūtaſ ꝛmuneraſ ñ opꝰ. i. redolz opꝰ meritoꝛiuz ⁊ remunerabile. Nihil eni potest esse meritoꝛiuz nisi illud quod fit propter deum actualiter uel habitualiter. Non enim requiritur semper actualis relatio in deum sed sufficit habitualis cū aliqua actuali. Nā q̄ñ uoluntas fertur super unam actionē. tunc sufficit intentio actualis in principio operis. Ut qui uult peregrinari pro deo sufficit q̄ in primo exitu habeat actualem intentōem. Q̄ñ autem uoluntas fertur super plures actōes se consequentes. ut q̄ proponit omni die dare centū. sic sufficit actualis intentio in prima actōe. Unde religiosi q̄ ex charitate uouerunt regulaz. merētur in omni opere quod spectat ad regulam rōne prime intentionis nisi forte contraria intentó superueniret. Jn alijs autē que non spectant ad regulam. nō suffic̄ illa intentio respectu regule. sz requiriť actualis.

De modis ua §. VII.

rijs merēdi. Nota ſz Duran. oꝛdi. mino. i sūma. Q̄ oupliciter dicitur aliq̄d meritoꝛiuz. Uno mō rōne operis: puta q̄ñ opus de se est oꝛdinabile ad finem ultimū. ut opus quod est ò genere bonoꝛū sicut elimosyna. ieiunium oratio ⁊ huiusmodi. Secūdo modo dicitur meritoꝛium aliquid rōne operātis. q̄ñ. ſ. opus de se est oꝛdinabile ad finem creatum cum tñ charitate operantis oꝛdinat ad ultimū finem. ⁊ sic opera indifferentia possūt ee meritoꝛia. Unde aplus. Siue manducatis siue bibitis siue aliquid aliud faciatis: oia in gloriaz dei facite. Quātū ad p̄mū modū. Q̄ oē meruz ꝓsistit aut i agēdo aut omittēdo seu uitādo. aut in patiēdo. Si in agendo tunc dupliciter. Quia aut actio est interioꝛ. aut exterioꝛ. Si interioꝛ. sic ꝓcipue contingit mereri septē modis. Primo ex cōsideratōe perpetrati criminis. duz illud detestatur dolēdo. tunc enim non soluz purgať peccatū sed etiā meretur. duz hoc agit in statu gratie. Juxta illud ps. Secūdū multitudinē doloꝛū meoꝛū ſ. de peccatis in coꝛde meo. cōsolatōes tue. ſ. meritoꝛū letificauerūt animaz meam. Secūdo ex cōsideratōe pro merito penalitatis. dum per eā roboratur ad satisfactōem. Juxta illud ps. Q̄ñ ego i flagella paratus sum. ⁊ doloꝛ meꝰ i cōspectu meo semper. Et pro quia. Tertio ex consideratōe proprie fragilitatis. dum per eaz humiliat. ps. Humiliatus suz usquequaq̄z dñe uiuifica me. Quarto ex ꝓsideratōe pñtis calamitatis dū pñtia asperna tur Hiere. iij. Aspexi terrā ⁊ ecce uacua. ſ. ueris bonis ⁊ quasi nihilu. Quinto ex cōsideratōe diuine liberalitatis. duz per eam ad amoꝛē dei inflammatur. Ro. viij. proprio filio nō pepercit. ſz pro nobis tradidit illū. quō cum illo nō omnia nobiſ donauit. ps. Bñdic aīa mea dñoꝛ omnia q̄ intra me sunt ꝛc. Qui ꝓpitiatur omnibꝰ iniquitatibus tuis. Qui replet in bonis desideriū tuum ꝛc. Sexto ex cōsideratōe aliene aduersitatis dū p eā cōpassionis iaculo uulneratur. ij. Corin. xi. Quis i firmat ⁊ ego nō ifirmoꝛ. quis scādalizatur ⁊ ego non uroꝛ. Septimo ex ꝓsideratōe aliene prosperitatis. dū ꝓfectui proximi cōgratulat. ij. Joh. i. Maius gaudium habere non possum. q̄ cuz audio filios meos ambulare in ueritate Roma. xij. Gaudete cum gaudentibus. Si autem est actio exterioꝛ. que consistit in carnis maceratiōe ſ. ieiunijs. uigilijs. disciplinis. cilicijs peregrinatōibus ⁊ huiusmodi. Jn cumoꝛ ſnarum largitione spiritualiū ⁊ coꝛporaliū. que sunt septemplices ⁊ oratione uocali. siue priuata siue solenni ut in horis canonicis. Sic aliquod horum agendo in statu gratie ⁊ debito modo meretur. i. Thimo. iij. Pietas ad omnia ualet promissionem q̄ nunc est uite habens ⁊ future Johānis. xij. Quo ad macerationem coꝛporis. Si mortuum fuerit granum frumenti multum fructum affert. ſ. meriti. ps. Oratio mea in sinu meo conuertetur in mente scilicet quo ad meritum. Si uero meritum consistit in dimittendo seu euitando. ſ. peccatum. tunc aut causa uel occasio subest: puta cū quis impugnatur de temptatione alicuius peccati. ⁊ tunc resistendo meretur premium Jacob. i. Beatus uir qui suffert temptationem. quoniam cū ꝓbatus fuerit accipiet coꝛonā uite. i. Carit. x. Non permittet uos temptari ultra id q̄ potest

ſed faciet cuꝫ temptatione profectū ꝛc̄. Aut quis non impugnatur temptatione. ꝛ ſic non meretur premium: ſed uitat ſupplicium. Si autem cō ſiſtit in paciendo Aut eſt paſſio naturalis. ſic homo non meretur per talem paſſionem niſi occaſionaliter. ut grauitas mentis quam habent melancolici. Aut paſſio non ē naturalis. Et hec. aut eſt omnino uoluntaria. ut q̄ aſſumpta a ſe. Aut impoſita ab alio. ꝛ utroqꝫ modo meritoria. ſed magis primo modo. Aut omnino inuoluntaria. ꝛ ſic nihil meretur per talia. Aut partim uoluntaria ꝛ ſic eſt meritoria nō ſolum cum eligit ipſā paſſionem. ſed etiam cum tollerat. plus tamen de primo modo meretur. Apoſtulus. Si compatimur ꝛ conregnabimus.

Capitulum. xiij. De exercitio uolūtatis ꝛ quo modo coꝛ ſit exercenduꝫ.

E exercitō uolū

tatis. Ubi notandum q̄ uolūtaſ humana frequenter in ſcriptura dicitur coꝛ. ut illud Deutro. vi. ꝛ Math. xxij. Diliges dominum deum tuuꝫ ex toto coꝛde tuo. i. ex tota uoluntate. ſm cōmunē expoſitionem. Ratio huius eſſe poteſt. quia ſic coꝛ eſt principalius omnibus membris coꝛporis ꝛ p mū membrum quod formatur in coꝛpoꝛe aīalis ita uoluntas eſt principaliꝰ inter potentias anime ſm. b. Tho. ut patet ſupra. Et ſicut ex diſpoē coꝛdis bona uel mala coꝛporaliter procedit uita uel moꝛs principaliter. ſic ex diſpōne uoluntatis bona uel mala procedit uita per gratiam aīe uel moꝛs p peccatū. Sub nomine igitur coꝛdis. hic tractaī de exercitio uoluntatis. Et circa hoc tria uideam⁹.

Primo a deitate oportet coꝛ perfectionari ut in gloria uiuat.

Secūdo ab humanitate debet coꝛ exercitari. ut in gratia proficiat.

Tertio ab iniquitate habet coꝛ mortificari. ut in gehenna nō permaneat.

Quātum ad pri §. I.

mū dicit ſaluatoꝛ. Hoc fac ꝛ uiuef. ſ. i uita eterna Lu. x. ſ. ut diligas ex toto coꝛde. i. perfecto. Sz ut dicitur in cātico dei perfecta ſunt opera nō hoīs Deutro. xxxij. ipſe enim deus eſt qui operatur in nobis uelle ꝛ perficere ait Apl̄us ad philipp. ij.

Septem aūt modis deus operaī in coꝛde nr̄o i. i uolūtate. ut ducat eam ad perfectōem. Primo intuēdo ipſum coꝛ ut ducat ad mali deteſtatōem. i. Regū. xvi. Homo uidet que patēt. ſ. exterius. deus aūt intueī coꝛ. Jntueī autem coꝛ cogno ſcēdo oīns cogitatōes. i. affectōes hominū pp quod deberēt homines multū erubeſcere de malis deſideriis. ſi occultis. cuꝫ ante hoīes probos erubeſcat q̄s ꝛ caueat peccare. Jntuetur etiā coꝛ deus. cū uidelicet facit hominē intueri. ꝛ cognoſcere ac ōteſtari peccatū ſuū. Jn cuiꝰ figuraꝫ dīns ihēſus reſpiciēs petrū qui ſtabat ad ignē cuꝫ iudeis ꝛ eū negauerat: cognoſcere fecit ꝛ flere peccatū ſuū Secūdo aperiēdo ipm coꝛ ad gratie ſuſceptōem ꝛ obeditōez. Unde. vj. Macha. i. dī Adapiat dīns coꝛ ueſtrū i lege ſua ꝛ i p̄ceptis ſuis. Et paulo ante quaſi declarās ante premiſit. oꝛet coꝛ oīꝰ ut colatis eū ꝛ faciatis eius uolūtatē. Oꝛtuꝫ tū pulſare oꝛōnibus ꝛ alīs operibus que ſūt de genere bonoꝝ. Pulſate ꝛ aperiet uobiſ inquit dīns ihēſus. ſ. coꝛ ueſtrū ad gratiā recipiēdam. Sicut enī artifex nō itroducit formā niſi diſpoſita mā ad eam recipiēdā. Sic nec deꝰ gratiā. Unde i figuram clauſū celi oīonibus dicit apertū eſt. ſic celū coꝛdis clauſū p peccatuꝫ aperitur ꝛ aquis gre repletur ad effūdēdū alīs. ut patet in Matheo et Paulo ꝛ multis alīs. Tertio opaī deus circa coꝛ ipm tāgēdo ad feruētē imitatōem. Jn cuius figurā legiī. i. Regū. x. Abūt cū ſaul. pars exercitꝰ quoꝝ deꝰ tetigerat coꝛda. Sic illi quoꝝm coꝛda deꝰ tāgit p feruoꝛē. tāq̄ boni ꝛ fideles chriſti milites chriſtū ſecunī regē populi ſui. imo uniuerſi. Licet q̄dā eū deſpiciant. Jmitaī autē fugiēdo et horrēdo honoꝛes. diuitias. ꝛ delectabilia mundi. Unde Cātico. v. dicit aīa de ſpōſo. ſ. chriſto. Uēter meꝰ ꝓtremuit ad cōtactū eiꝰ. Uēter qui ē caro tenera ꝛ mollis. ꝓtinēs fimū. ſignificat ſenſualitatē q̄ tota mollis eſt ad mūdana ꝛ delectabilia. cōtinēs fimū cōcupiſcētie. Et hec tremuit ad ꝓtactū chriſti p feruoꝛē. horrēdo ꝛ reſtrigēdo talia q̄ xp̄s renuit. Tremuit ēt mirādo q̄ pro nobis fecit. et quāta ptulit dura. Quarto operaī circa coꝛ uiſitādo ad emūdatōem. p̄s. Probaſti coꝛ meū ꝛ uiſitaſti nocte. ſ. tribulatōis. Jgne me examinaſti tēptatōis. Et ecce effectꝰ utilis i eo quod ſequiī. Nō ē inuēta i me iniquitas. q. ſ. purgata eſt p huiuſ modi uiſitatōem. ſicut igne purgaī aurū ꝛ argētū ſcoꝛia. Et ſicut p̄latus ꝛ mediꝰ i uiſitādo ſubditos ꝛ infirmos. p correctōes ꝛ medelas amaraſ purgāt. ille aīas. iſte coꝛpoꝛa. ſi tū pmittūt ſe tractari. ita deꝰ pūſſimus uiſitādo p tribulatōes. et temptatōes. ꝛ huius. Quito opaī molliendo ad deuotōem Job. xxiij. Deꝰ emolliuit coꝛ meū. Jmportatjaūt deuotio ſm. b. Tho. ſecūda ſcōe quādā p̄optitudinē uolūtatis ad ea q̄ ptinēt ad dei cultū ꝛ honoꝛē. ut ad adoꝛādū deū laudādū. meditandum. ꝛ huiuſ. ꝛ ex his proficit anima in dilectione. Juxta illud p̄s. Concaluit coꝛ meum intra me ꝛ in meditatōe mea exardeſcit ignis. ſ. dilectionis. ad extra ſe manifeſtando per bona ꝛ

p de coꝛdis oꝑnne · ē breuiter prodendū.

p Jnēbs pz coꝛdis oꝑnnē.

p Jn coꝛde nr̄o dr̄ oꝑaī ſeptē modis · ut ducat ad p̄fectōnez · i

p deuotio ꝙ est

deuota opera. Et aplus. Cantantibus et psallẽti bus in cordibus uestris domino. Nam ut dic̃ Hie ro. Non verbis tantuz: sed corde orandus est de⁹. Et melior est trium psalmorum decantatio cum cordis puritate et hilaritate: q̃ totius psalterij cũ anxietate atqz tristitia. de consecra. di. v. non me diocriter. Et hoc pertinet ad deuotõem veram q̃ est a deo. Unde Ambro. dicit. q̃ fac̃ deuotos q̃s vult. Sexto operatur loquẽdo per illustratio nis consolationem. Osee. ij. Ducam eam. i. aiam in solitudinẽ. s. seperando eã a tumultu hominũ passionũ et affectionũ: et loquar ad cor eius: ostẽ dendo. s. voluntati q̃ bon⁹ et suauis sit deus. Bo num enim apprehensum per intellectũ mouet vo luntatẽ: et quãtomagis ostenditur bonum: tanto voluntas magis amat: z gratulatur. ps. Signatũ est super nos lumẽ vultus tui domine: dedisti leti ciam in corde meo. i. cognitio volũtatis tue z mã datorum tuorũ: per legem naturalem inserta est: z cognitio bonitatis tue: z ex hoc sequitur: q̃ dedi sti leticiam in corde meo: que leticia z delectatio uoluntatis excedit omne gaudium mũdi. Se ptimo z ultimo operatur deus circa cor. i. uolun tatẽ trahẽdo z uiuẽdo sibi totaliter. Job. xxxiij. Si direxerit ad eum. s. deum cor suum: spiritum eius z flatum eius ad se trahet. ipse. s. deus. i. uoluntatem suam: z petitõem suam in oratione ut. s. creatura nõ appetat nisi deũ. Qui enim adhe ret deo p dilectõem perfectam: unus spiritus est cum eo. Habet enim amor uim unitiuã z transforma tiuam. Unde z de primis christicolis dicit. Actuũ iiij. Cor multitudinis credentium erat cor unum et anima vna in domino: ut. s. quod vult vnus: velit z alter fm deum. Sic z qui puro corde deum dili git non aliud vult nisi dei uoluntatem z benepla citum in omnibus impleri. Et talis dicere pot cũ apostolo. Uiuo ego: iam non ego uiuit uero i me christus. ad Gala. ij. Et illud. ps. De⁹ cordis mei s. possessor: z pars mea deus in eternũ.

Quãtũ ad secũdũ .§. II.

principale sciendum: q̃ ad hoc ut terra cordis no stri faciat fructum cẽtesimum. i. perfecta opera ex semine v̄bi dei uel diuine inspiratõis: prout de ea dicitur parabolice. Luce. viij. Qui autem cecidit in terram bonam: hi sunt qui in corde bono z opti mo audientes rẽ. septem a nobis circa cor sunt fa cienda: z ex his habetur cor purum z mundũ. de quo x̄ps Math. v. Beati mũdo corde qm̃ ipi de um uidebũt. Item septem sunt signa seu effectus perfecte dilectõis. De qua Deutro. vj. Et luce. x. Et Math. xxij. dicitur. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo. cor

Primo est moliendũ.
Secũdo est abluẽdum.
Tertio est custodiendũ.
Quarto est deprimẽdum.
Quinto est exercẽdum.
Sexto est refouendum.
Septimo ẽ in vnitate tenẽdum.

Quantũ ad primũ sciendum: q̃ peccatum fa cit cor. i. uoluntatem durũ ut lapis: ut quẽadmo dum lapis z alia dura resistunt tactui nec recipi unt impressionẽ digiti: sicut mollia ut cera: ita pec catoris cor ita obduratur q̃ resistit actui diuine i spiratõis: nec recipit impressionem digiti. i. spirit⁹ sancti: qui dicitur digitus dei. i. gratie infusionez. Uñ de z diabolo z quolibet membro ei⁹. i. pecca tore dicitur Job. xli. Cor eius indurabitur quasi lapis. Nec intelligi potest de corde carneo: q̃ dia bolus corpus non habet. Sed intelligitur de uo luntate: que est in malum obstinata. Emolliẽduz est ergo cor z mollificandũ. Et ratio huius ẽ pp magnũ nocumẽtum inde sequẽs: Nam ut dicitur Eccl. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Et declarat Bernũ. proprietates cordis duri dicẽs in libro de cõsideratõe. Cor durum est quod cõtri tione non scinditur: precibus non flectitur: minis non cedit: flagellis obduratur: z tale cor habens in nouissimo male se habet: quia sicut lapis et omnia grauia tendũt ad centrũ: ita habentes cor obduratum in malis: descendunt ad infernum q̃ est in centro terre. Sicut accidit pharaoni: cuius cor obduratũ: quia nec minis dei nec flagellis nec monitis est emollitum. Demum descenderũt i p fundũ quasi lapis: ut dicitur. Exo. xv. ipse. s. pha rao cum exercitu suo descenderunt in profũdum maris rubri: quo ad corpus z i profundũ inferni quo ad aiam. Emolliẽdum est cor nostrum quod z ipsa natura docet: que nõ dedit nobis cor eneum lapideum aut osseum: sed carneuz. Emol litur autem a sua duritia per opera de genere bo norum: ut ieiunia. elemosinas. orationes. z alia et huiusmodi. Unde Greg. de permanente in pecca ti mortali dicit. Interim quicquid boni facere po terit hortamur: ut faciat: ut deus cor eius illustret ad penitentiam de pe. di. v. falsas. Quando enim illustratur tunc mollificatur. i. disponitur z habi litatur. Quod quia deus operatur hanc mollifi catõem: propter quod dicit per Ezech. xxxvj. ca. Auferam a uobis cor lapideũ. i. obdurationem z dabo uobis cor carneum. i. mollificationem. Ideo orandus est ut tollat duritiam. Quãtuz ad secũdum idem de ablutione. Nota q̃ de⁹ prin cipaliter ab homine cor expostulat. Unde dicit p uerb. xxiij. Fili prebe mihi cor tuum: non dic̃ ma num: pedem: uel caput: aut cerebruz: sed cor i dest uoluntatem. Manuz offert deo. qui opera de se bona tantũ facit. Pedes q̃ ad ecclesias uel indul gentias uadit. Caput prebet seu cerebruz q̃ uacat

Cor durum d̃ emolliendũ.

Deus cor nrm̃ sit purũ et mundũ sepẽ suũ fundata.

cognitioni diuinorum speculando tantum. Sed ista non sufficiũt ad salutem: sed oportet cor. i. uoluntatem deo offerre. Est enĩz deus similis cuidã aui: que dicitur felix: hec cum pascitur de preda non ultra nisi tantum cor. Sic gloriosus deꝰ ò cor de. i. affectibus hominum. ergo ipsum pascit seu delectatur. Sed quia ut dicitur prouer. xx. Quis põt dicere. Mũdum est cor meum: purus sum a peccato: quasi diceret nullus. Deus autem sũma puritas est. Et inter lilia pascitur: ut dicitur i Cãti. i. mentes puras: ideo abluendum est cor ipsuz. Et hoc ipe precepit dicẽs p Hiere. iiij. Laua a malitia cor tuũ. Cor corporis utiqz lauari non potest uiuente homine: loquitur ergo de corde spũali anime. i. uolũtate: que lauari non potest aqua materiali. Sed lauari põt ꝛ debet aqua spirituali. s. lachrimis mentis. i. detestatõe ꝛ pfecta displicentia ipsorum peccatorũ: ut sic purificetur. Ad qõ hortatur Jaco. dicens. iiij. capi. Purificate corda uestra: subdens modum miseri estote ꝛ lugete. i. dolentes. Sicut enim circa corpora humana uidemus: q ꝓtraria contrarijs curantur ꝛz medicinaz: ut infirmitas ex humoribus frigidis ꝓtracta p remedia calida: ꝛ infirmitas ex nimio calore per frigida seu recentia remouetur. Ita fm. b. Tho. in iiij. di. xvij. Cum peccatũ quod maculat animam ꝓmittatur p nimiam ꝓplacẽtiam ꝛ inordinatam uolũtatez: ad hoc ut tollatur ab ea: oportet ꝓtrarium fieri. s. q per penitentiaz habeat aia detestationem uoluntatis de ipso peccato ꝛ displicẽtiaz fm rõem: ita q nullo modo uoluisset ꝓmisisse: ꝛz potiꝰ mortem icurrisse q̃ peccatum mortale. Est enim penitentia fm Ambro. dolor cordis ꝛ amaritudo anime pro peccatis cõmissis. de pe. di. iij. Et propterea dicebat ꝓphetia Joheł. ij. c. Scindite corda uestra. i. ꝓterimini uolũtate: ꝛ non uestimẽta uestra supplete tm̃. i. cor pro ra que scidũtur q̃si per abstinẽtiam. Sed nõ sufficit hoc sine ꝓtritõe Cui ad perfectiorem purificatõem addenda ẽ cõfessio tempore cõgruo ꝛ cõpleta. Unde dr̃ Treñ. ij. effunde sicut aquaz cor tuũ: ut. s. quicquid malitie est in corde: totum cõfiteatur cum circũstantijs precipue necessarijs: sicut cum de uase materiali effunditur aqua non remanet nec sapor nec odor nec color uel aliud. Tercio cor est custodiendum ꝛ multum diligenter. Unde prouer. iiij. dicitur. Omni custodia custodi cor tuũ qm̃ ex ipso uita procedit. Et hoc ipsum natura docet: q̃ circa cor materiale posuit plures custodias añq̃ possz pueri ad ipsum ꝛ ledi ut carnez ꝛ ossa seu costas ꝛ pulmonem. Et propter multiplicem custodiam eius appositam. dicitur quasi custodituz. Uel aliter ꝛ melius dicitur quasi custodia omnium rerũ scilicet corporis: ut dicitur in catholicon. Est aũt ipsum cor anime. i. uoluntas: sicut quoddam castrum seu palatium obsensum ab inimicis: quod cum habeat multas portas uel aditus: nisi circumquaqz cõtinuꝫbene custodiatur. Una sola porta uel rimula aperta uel non custodita: de facili intrat hostis ꝛ capit. Et ideo dicit Salomon. Omni custodia. i. plena non in parte. Sensus exteriores sunt porte: ut uisus. auditus. gustus. odoratꝰ. ꝛ tactus. Et istas oportet custodire. Etiam concupiscibilis ꝛ irascibilis sunt porte: inde surgentes passiones intrant ad uoluntatem: ut illicite assentiat malis ꝛ diabolus per eas. Unde per amorem pecunie inordinatum intrauit diabolus in cor iude: ut traderet dominũ ihesum: ut dicit Joh cũ gelista. xiij. Intrauit autem in cor non essentialiter: sed per effectum malitie. s. instigando ꝛ inducẽdo ad illud malum: ut dicit Beda. Sed ꝛ ipsum cor etiam ex se inclinatur ad mala appetenda: ꝓpter quod dicitur Hiere. xvij. Prauũ est cor hominis i. aptum ad uolendum praua: ꝛ de facili etiam recedit a bonis propositis ꝛ affectibus seu cogitationibus. Juxta illud ps. Cor meum dereliqt me. i. dum bonũ cogitarem ꝛ optarem: imperceptibiliter recessi ab illis bonis cogitatõibus ꝛ affectionibꝰ. Oportet ergo omni custodia custodire cor q̃ ad impugnatões demonis. carnis passiones: ꝛ ipsius uoluntatis uanitatem ꝛ malitiam: alias peccatuz intrat in ipsum ò facili ꝛ occidit animã. Jn cuius figuram. ij. Regum. iiij. dicitur. q ysboseth filius saulis rex israhel cum posuisset in custodiaz palatij sui mulierem purgantem triticum. Duo principes latronũ rechab ꝛ banaa occulte intrauerunt in domum ipsa dormiente: ꝛ ysboseth quiescẽtez ꝛ dormientem in inguine percusserunt ablatisqz spicis recesserunt. Palatiuz seu domus ysboseth est cor nostrum: ad cuius portam seu aditum: nõ sufficit ponere custodiã: ꝛz oportet statuere uirilẽ non mollem custodiam: ꝛ diligentem ꝛ fortẽ. s. rationem: que non dormitet pre tedio: sed uigilans perseueret ad discernendum cogitatões ꝛ affectꝰ bonos a malis. Qꝫ si dormitauerit: demones per uitia carnalia uel spiritualia: seu per peccata operis aut saltem cogitationis latenter intrant ꝛ occidunt animam priuatam gratia: ꝛ auferunt ex domo cordis spicas omniũ uirtutum. Uigilãdũ est ergo circa custodiam cordis. Unde dicitur Eccĩ. xxi. Qui timet deum conuertetur ad cor. i. totuz se uertet ꝛ undiqz ad custodiendum cor. Quarto est deprimendum ex penitentia ꝛ diligẽti custodia sui q̃qz ortã superbia. Et ideo ut dicit Eccĩ. ij. Depreme cor tuum. i. deorsum preme: ꝛ inclina per humilitatem: considerando utilitatem tuam submittendo uoluntatem ipiam seu cor dei uolũtati ꝛ mãdatiꝰ eiꝰ. Nec extollas te supra virtutẽ tibi collatam uel regulam tibi prefixam a deo ponendo te: ꝛ appetẽdo q̃ sẽ supra ꝓditõem tuã. Naz q

Capitulū tertiūdecimū

ſuꝑbia extollat oñdit abdias ꝓpheta dicens. Superbia cordis tui extulit te. i. ſupra te tulit: appetēdo que ſupra ꝓditionem tuā ſunt: ⁊ maiora de te extimando q̄ habeas. Ex hoc autem ſeq̄t ruina magna ꝓut dicitur ꝓuerb. xvi̅j. Anteq̄ ꝓteratꝰ exaltatur cor hominis. i. ꝓpter hoc conteritꝰ voluntas hominis: ut ad nihilum redigant merita eius ⁊ uirtutes ⁊ bona: ꝙa ſe exaltauit p ſuꝑbiā: quod patet in lucifero ⁊ nabuchodonoſor: q̄ dicebat in corde ſuo. In celum aſcendam: ſup aſtra dei exaltabo ſolium meum ⁊c̄. Iſa. xi̅v. Et ſeq̄tur ad infernum detraheris: qō exponit̄ a doctoribꝰ de utriuſq; ſuperbia. ſ. diaboli ⁊ nabuchodonoſor. Deprimendū igitur eſt cor nām ⁊ humiliādū quod ipſe ſaluator exemplo ⁊ uerbo nos docuit dicens: Diſcite a me: ꝙa mitis ſum ⁊ humilis corde. Math. xi. Et rōnē uidet aſſignare. ꝑs. quare deo ſubijci debet uoluntas noſtra: ⁊ ſic cor deprimere dicens. Nōne deo ſubiecta erit anima mea ⁊c̄. quaſi diceret: Certe ſic: ꝓpter cās que ſequunt .i. ſua beneficia: vt dicit hugo cardinalis ſup ꝑs. Et primo ꝓpter beneficiū redēptionis. Ab ipſo enim ſalutare meū. i. ieſus ſaluator a deo miſſus Scō ꝓpter beneficiū creationis. Naz ⁊ ipe deꝰ meus. Tertio ꝓpter beneficiū iuſtificationis. ibi. ⁊ ſaluator meus. Quarto ꝓpter beneficiū ſuffragatiōis in anguſtijs ⁊ tēptatiōibus. ibi. ſuſceptor meus. Eſt autez ſubijcienda aīa deo ut diſcipula magiſtro. Iſa. l. Audiā quaſi magiſtrū. i. odediā: Itē ſubijcienda ut creatura creatori. Iſa. xlv. Ue qui contradicit factori ſuo. Itē ſicut materia artifici. Iere. xviij. Sicut lutum in manu figuli: ſic oēs uos i mauu mea dicit dñs. Item ſicut ſponſa ſponſo Iſa. lxi. Exultauit anima mea in domino quia induit me ueſtimento ſalutis ⁊c̄. Item ſicut ancilla dñe. j. Reg. xxv. Famula tua ſit in ancillā: vt lauem pedes ſeruorū dñi ſui. Et ꝑs. Sic oculi ſeruorū in manibus dominorum ſuorū. His igit modis humiliandum eſt cor deo. Quinto eſt cor in bono exercendum non ocio dimittendum uel malo occupandū. Et hoc optime ipa natura docet. Nā ut dicit Rabi moiſes. Sicut ſe habet celum ad uniuerſum materiale: ita cor ad corꝑ aialis. Celum enim nunq̄ quieſcit: ſed ſemp mouetur ita ⁊ cor: qō per pulſum manifeſtat̄. Huius cordis motus ſi ad horam ceſſaret deficeret uita aialis: Sicut etiā deficiente motu celi ceſſarz motus generationis ⁊ corruptionis ⁊ alterationis in iſtis inferioribuſ. Eſt autē ipſum cor rubicunduz acutum in ſummo ad modū flamme ignis: ad innuenduz q̄ debet cor anime. i. uoluntas exerceri ſm ignem charitatis. Unde Eccl̄s. xi. dicitur. In bono ſit cor tuum. ſ. opere occupatum. Eſt autez exercendum in bono multipliciter. Primo. ſ. circūcidēdo: vnde Iere. iij. dicitur. Circūcidimini domino ⁊ auferte ꝓputia cordium ueſtrorū. i. auferte ſuperfluitates ab appetitu rationali ad quas inclinat appetitus ſenſualis: delectabilium .ſ. in cibis ⁊ uenereis: quo ad honorem ⁊ famam ⁊ ſcientiam ⁊ ſuperſtitiones. Reprehenſi fuerunt iudei a ꝓthomartire ſtephano de hac circūciſione dicente. Incircūciſi cordibus ⁊ auribus voſ ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis Actuū. vij. Ubi oſtenditur grauitas mali huius incircūciſionis: qz. ſ. ꝑ hoc reſiſtit̄ ſpiritui ſancto ne in cor intret. Eſt etiā a triſticia ūmoderata reſecandū: quia vt dicit̄ ꝓuerb. xxv. Triſticia uiri nocet cordi. Nec eſt contra illud Eccl. vij. Cor ſapientis ubi triſticia. i. ſapiēs moratur in triſticia cordis: quia hoc intelligitur de triſticia utili penitētie ⁊ moderata.

Scō cor eſt ad deū in oratione erigendū per affectum intenſum. Treñ. iij. Leuem⁹ corda nīa cum manibus. i. operibus ad deum. Hinc ⁊ ciprianus ait. Quando ſtamus ad orationem fratres inuigilare ⁊ incūbere ad ꝑces toto corde debem⁹ ⁊c̄. de conſe. di. j. quando. Et eccle. xxxix. dicitur de iuſto uiro: q̄ tradet cor ſuum ad uigilandum diluculo. ſ. per meditationē ⁊ orationē attentam ad deum qui fecit illum. Nā de orantibus ⁊ laudantibus deuz ſine attentione ⁊ affectu dicit dñs Iſa. xxix. ⁊ Math. xv. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe eſt a me. ſ. diſtractū ī alia ⁊ affectum ad uitia. Tertio ē cor exercēdum inquiſitione ꝑ ſtudioſitatem. Mouet enim affectus cordis intellectū ad inquirendū ueritatē ⁊ ꝑcipue de deo. Sed in ſimplicitate cordis q̄rite illum. ait ſapiens Sapientie primo. i. pura intentione ad placendum illi ⁊ fruendū eo: non ad diuitias ⁊ honores obtinendos: ut faciūt homines mundi querētes proſperari: ⁊ ſcire diuina: ut vocentur ab hominibus rabbi. Regina ſabba que fuit ita ſtudioſa: q̄ uenit a finibus mundi audire ſapientiam ſalamonis cum locuta fuiſſet omnia que erant in corde ſuo ſalamoni: ut dicitur. ij. paralippo. ix. Dubia ⁊ obſcura inquirendo ab eo: de omnibus fuit edocta. Quarto in ſufferēdo increpationes. Unde ꝓuerb. xv. dicitur. Qui ac quieſcit increpatiōib⁹ poſſeſſor eſt cordis. Acq̄eſcit autē qui non ſolum ſuffert patienter reꝑhēſiones dei uel hominū: ſed etiam cognoſcit ſuum defectum vnde emendatur: ⁊ ſic cor poſſidet hōs in ſua poteſtate: non ſubditum paſſionibus ire ⁊ odij ⁊ huiuſmodi. Unde ſm Iſidorū. Ideo nā incluſit ī pulmōe cor: ut cum ſanguis accenditur per iram circa cor: humectetur ex humore pulmonis ne nimis inardeſcat. Sexto eſt cor refouendum. Cum enim ut dictum eſt cor continue laboret: oportet: q̄ confortetur ad ſufferenduz laborem. Sic ⁊ corpus noſtrum oportet ꝓfortare ⁊ cibarī: ut poſſit i exercitio ꝑſeuerā. Et hoc ē qō

Pare rubricādū et ordinū - et q̄.

Cor multū ē exercendū.

dicit ps. Uiriliter agite ⁊ confortetur cor uestrum .q.d. Ut possitis perdurare in uirtuosis actibus confortetur uoluntas. Et quibus modis ipsum cor confortetur ⁊ roboretur: idem ostendit dicēs ps. ciij. Panis cor hominis confirmet: nec ē credēdum solum de pane materiali locutum fuisse ꝓphetam quia prophete intendebāt docere populos spiritualia non corporalia ⁊ naturalia. Sed ꝑncipaliꝝ de pane spirituali sub similitudine corporalis: qz sicut panis materialis fortificat corporis cor: ita panis spiritualis sacre doctrine uel eucaristie: cor roborat ⁊ confirmat in bono cor anime. i. uoluntatem. In cuius figuram dominus iesus turbas sequētes eum i deserto noluit dimittere ieiunas. ne: vt ipse ait: deficerent in uia. Sed saciauit eas pane: ut fortificarentur: vt habetur Mar. viij. Sic sequentes christū in deserto mundi: oportet pane uerbi dei refici: ne deficiant spiritu. Et qui in emaus cum christo uenerant: dicebant. Nōne cor nostrum ardens erat ⁊c. Luce ultimo. Et helias sumpto pane subcineritio: quod signat eucaristiam ſm. b. tho. in officio corporis christi. Ambulauit in fortitudine cibi illius cōfortatus usqz ad mōtem dei: vt habetur. iij. Reg. xix. Mons dei est uita eterna. Confortatur cor etiam uino: quia letificat cor hominis: ⁊ omnem mentē facit securam alias serenam. Et hoc uinuz ē iocūditas mentis spiritualis. Unde dicit Eccle. xxx. Jocunditas cordis hec est uita. i. conseruat uitā spūalez sicut ⁊ corporalem. Odoribus quoqz confortat cor ⁊c. vt dicitur ꝓuerb. xxvij. Odores spūales sunt exempla sanctorum: quibus confortatur cor ⁊ animatur ad bona. Septimo ⁊ ultimo est vniendum: seu in unitate seruandum. Sicut nā vnum cor dedit corpori: ita ⁊ unam uoluntatem anime quo ad potentiam. Sed quātum ad actus eius ⁊ fines facimus multas ⁊ diuersas. Uoluntenim aliqui ⁊ deū ⁊ diuitias ⁊ honores in eis constituendo finem: ⁊ sic diuidūt cor in multa. Et de huiusmodi peccatoribus dicitur Osee. x. Diuisum est cor eorum. s. in diuersa distracti sunt. Sed ut dicitur Eccle. ij. Ue duplici corde. Ue aūt importat eternam dānationem. Econtra: omnis uirtus vnita est magis infinita. i. fortior: ut dicitur in li. de causis: ⁊ ideo ut cor sit robustum ad prelia tēptationum: reducendum est ad unitatem: ut. s. in omnibus unum ultimum ⁊ uerum finem sibi prestituat. s. deum. Unde dicitur Eccle. xxx. Cōgrega cor tuum. Et quia ad hoc opus est dei auxilio: ipe illud promittit dicens Hiere. xxxij. Dabo eis cor vnum. i. vnicū ad perfecte diligendum: nō solum deum: sed ꝓximos etiam ꝓpter deum. Quod illi christicole primi optime seruauerūt. Nā ut dicit Actuum. iiij. Multitudinis credētium erat cor vnum. s. concordantes in uoluntate ad querē dū ⁊ faciendum uoluntatem domini ⁊ honorem et mutuam subuentionem. Ubi ergo malicia vnum cor diuidit in multa: ad que applicatur cōcordia multa corda vnire facit: ⁊ vnit etiam cum corde dei. i. uoluntate. Et ut dicitur Math. vi. Ubi est thesaurus tuus. i. illud quod extimas principale bonum ⁊ maxime amas: ut amatur thesaurus a mundanis: ibi est ⁊ cor tuū. Si deum thesaurū tuum reputas: qui est uerus et infinitus thesaur' est hominibus: vt dicitur Sapientie. viij. illuz cogitas: ⁊ frequenter consideras: et continue amas Et quis amor ſm Dyonisiuz habet vim vnitiuā ⁊ deus: si dici posset: vnissimus est: ideo eū pfecte diligendo cor tuū pfectissime efficit vnū.

Qtū ad tertiū ꝟ.III

principale. s. q cor mortificatur: ⁊ ad gehennam dirigitur per iniquitatem. Et ex tali corde exeūt cogitationes male ⁊c. Math. xv. Est notandum ſm Mauritium in distinctionibus q septez sunt differentie cordium iniquorū.

Est enim cor indisciplinatum.
Est cor infatuatum.
Est cor superbia elatum.
Est cor nequitie applicatum.
Est cor dolo circūdatum.
Est cor deprauatum.
Est cor induratum.

De primo dicitur Job. xvij. Cor eorum longe fecisti a disciplina. Disciplina importat doctrinā ⁊ correctionem seu compositionem in moribus. Est ergo cor indisciplinatum quod non recipit doctrinam: vel non se emendat per flagella. Dicit autem deus hoc facere. s. in disciplinam i quātū permittit fieri Confert aūt hec indisciplinatio tria mala. s. Primo ad malum pronitatem: ūde dicitur Hen. viij. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad malum. s. ex se nisi fuerit disciplina precipue in adolescentia refrenati. Inducit mentis instabilitatē: ꝓpter quod dicit Eccle. xiij. Qui minorat corde cogitauit inania. Minorat autem quis corde. i. uoluntate bonū ꝓpē defectū doctrine et correctionis. Adducit et conscientie mordacitatem: que est utiqz maxima pena. Et iō ꝓuerb. v. dicit Salamon: q indisciplinat' habet remorsum de malis dicit. Cur detestatus sum disciplinam: ⁊ increpationibus non acquieuit cor meum. De secundo. s. corde infatuato dicitur ꝓuerbiorum. xvij. Non recepit stultus verba prudentie: nisi dixeris ea que uersantur in corde suo. i. nisi assenseris affectionibus suis. Precipue facit ira hominem fatuū. Unde dicitur Eccle. vij. Ira in sinu. i. mente stulti requiescit. Et Criso. Ire et insanie nihil est mediuz. Hec autē stultitia cordis tria mala generat. Primo nullā tetinet sapietiā.

Capitulū tertiūdecimū

Naz iracundus omnis doctrine ⁊ scripture ⁊ rationis obliuiscitur in ira sua: ꝓpter quod dicitur Eccle. xxj. Cor fatui quasi vas confractū. Liquor enim sapientie ⁊ gratie ex eo effunditur. Secūdo inclinat ad blasphemiam Eccle. v. Ne temere q̄d loquaris. s. blasphemando: nec cor tuuz sit uelox ad proferendum sermonem coram domino. Cō muniter ex fatuitate ire homines male loquūtur de deo ⁊ hominibus. Tertio prouocat stulticiaz in audiente: vt. s. inducat illuz ad loquendū ꝓtra illum stulta: ⁊ faciendum. s. uerba contumelioſa rixas ⁊ vindictas. Unde ꝓuerb. xij. dicitur. Cor insipientium prouocat stulticiam. Et ideo bene dicit sapiens. Non respōdes stulto iuxta stulticiā suam: ne similis ei efficiaris. De tertio. s. corde elato per superbiam dicitur Ezechielis. xxviij. Multiplicasti fortitudinem tuam tibi: ⁊ eleuatū est cor tuum in robōe tuo. Quod fit: cuz quis bona que habet sibi attribuit uel meritis suis: non a deo recognoscit: sicut fecit nabuchodonoſor: ō quo dicitur Judith primo. Exaltatum est regnū nabuchodonoſor: ⁊ eleuatum est cor eius. Hec autem elatio tria mala facit. Primo inducit ad dei obliuionem: ſm illud Deutro. viij. Ne postq̄ comederitis ⁊ saturatus fueris: ⁊ post parum eleuetur cor tuum: ⁊ obliuiscaris domini dei tui. i. beneficiorum eius. Ingratissimus autem inquit Seneca: qui est oblitus. s. benefactoris seu bñficij Secūdo sui deceptionē. Hiere. xlix. Arrogantia decepit te ⁊ superbia cordis tui. Et quomodo decipiat ostendit sapiens dicens Eccle. xj. Sic̄ pdix inducitur in foueam: ⁊ ut capra in laqueum: sic cor superboꝝ. Tertio dei āmissionez. i. gratie sue p̄s. Accedet homo ad cor altum. i superbuz: ⁊ exaltāt deus. i. eleuabitur recedendo ab eo. Aug⁹. Humilis deus humilia respicit: ⁊ alta. i. superba corda a lōge cognoscit. Humilias te uenit ad te: attollis te recedit a te. De quarto id ē corō nequam seu nequicie applicatum dicitur. j. Reg. xvij. Ego noui nequiciam cordis tui. Que uerba dixit frater dauid sibi: sed iniuste. Dicitur autem nequam ſm catholicon a nequeo. Unde nequaz dicitur qui adeo sceleroſus est: q⁹ nequid cessare a malis. Dicitur enim nequam luxurioſus: ut ibi habetur. Unde Onan filius iude qui luxurioſus fuit: piter erat: dicitur nequā. Gen. xxxviij. Et forte ꝓpterea luxurioſus magis dicitur nequā q⁹ aliis vitijs deditus: q⁹ difficilius ⁊ tardius recedit q̄s ab illo q⁹ ab aliis. Unde Aug⁹. Dum nō resistitur concupiscentie: fit consuetudo: ⁊ duz ꝓsuetudini non resistitur: fit necessitas. Et talis nequicia inducit tria mala. Primo multiplicem dolorē cor poris ⁊ anime Eccle. xxx. Cor nequā grauabitur doloribus. Secundo aufert boni cognitionem et effectionem. Eccle. xix. Uinuz ⁊ mulieres auferūt cor. i. gula ⁊ luxuria auferūt affectū uēi bōi. Tertio pducit ad etnaz damnationē Isa. j. Ue semini nequam filijs sceleratis. Ue autem importat dānationem. De quinto scz corde dolo circundato scz per ipocrisim ⁊ fraudulentiā seu perditionez dicitur Eccle. j. Cor tuum plenuz est dolo ⁊ fallacia. Et tale cor tria mala operatur. Primo ꝓ funditatē habet ita i consilium: uel intentuz suuz abscōdendo: ut magis decipere ualeat. Isa. xxix. Ue qui profundi estis corde rē. Secūdo duplicitatem habet in respondendo: dicendo hec uerba sophistica. Sed ut dicitur Eccle. iij. Cor igrediēs duas vias non habet successus prosperos: quia frequēter detegitur fraus ⁊ dolus eius: ⁊ inde abhominatur. Tertio maliciam habet in suadēdo quasi querat bonum proximi cuz tamen velit eū decipere. ꝓuerb. xxvj. Quando submiserit uocez ne crediderīs ei quoniam septem nequitie sūt rē.

De sexto. s. corde priuato dicit Eccle. iij. Cor praui scandalizatur. Dicitur autē cor depr̄auatū quod aliquo tempore fuit bonuz: ⁊ postea efficit malum in eo permanens. Et tale cor utiq⁹ scādalizat: de facili ruens in mala ex dictis ⁊ factis aliorum. Nam dum bonuz est cor nō scādalizat. Tale autez cor obedientiā postponit. Hiere. xvj. Ecce vnuſquiſq⁹ abijt post prauitatez cordis sui mali: vt me non audiat. Secundo apostasiam inducit. Unde de Salamone dicitur. iij. Reg. xj. q⁹ cum esset senex deprauatum est cor eius: ut sequeretur deos alienos. Quanto enim quis cadit ab altiori statu uirtutis: non cito inde resurgens: tanto grauius ruit in omnia mala. Tertio iram dei incurrit ꝓuerb. xj. Abhominabile coraz deo cor prauum. De septimo corde. s. indurato: quòd fit per obstinationem dicit dominus Exodi. vij. Ego indurabo cor pharaonis. Ubi sciendum ſm tho. prima parte si[illegible]e: q⁹ obduratio duo importat. s. subtractionem gratie: q̄ nō ē culpa: sz pena ⁊ hec est a deo sicut ⁊ omnis pena quam nō nisi iuste infert. Nec enim alicui subtrahit gratiā: nisi hoc ille a quo aufertur mereatur per culpaz: Et ſm hoc dr̄ idurat: ſm illud ad Ro. ix. Cui uult: miseretur. ⁊ quem vult indurat. Aliud quod importat obduratio est inhesio culpe. i. firmitas in peccato: ⁊ hoc est ab homine ⁊ culpa est. Et i ducit tria mala. Primo semē uerbi dei ad fructū non recipit. Unde Luce. viij. dicitur. Quod autē cecidit supra petram. i. cor induratuz: natū aruit: quia non habebat humorem. s. gratie. Secundo cumulum culpe ⁊ pene adauget Ro: ij. Scōm duriciam tuam ⁊ impenitens cor tuū. thesaurizas tibi iram in die ire rē. i. congregas tibi penam in iudicio. Tertio beatitudine priuat. Unde in figu

m 3

ꝓ[illegible]ē ſo dr̄ nequid.

ꝓb Dumno arcis dno importat. et tria mala induit.

ram filij israhel qui indurauerunt cor suum erga dei mandata: ut nō facerent ea: oēs qui numerati sunt in egressu de egipto sexaginta centena milia omnes priuati sunt terra promissionis: q̄ signat vitam eternam: ut nullus intraret nisi caleph. et Josue. propter quod ps. admonet cauere talem obdurationē ne incurramus in illud malum et damnū: dicens. Nolite obdurare corda vra rē.

De voluntate et opere exteriori: quō se habēt adinuicem in merito. Capitulum. xiij.

Dta circa uolun

tatem ꝛ opus exterius: quantū ad meritum ꝛ demeritum: ꝛ quantū ad forum iudiciale: fieri potest talis distinctio. Aut enim uoluntas circa aliqd̄ agēdum habetur sine opere exteriori. Aut opus exterius exercetur sine uoluntate interiori. Aut uoluntas adest immediate operi exteriori sequente.

Ctū ad primū §. I.

notat materiam talem ualde diffuse archidiaconus super. c. Qui bona. xvij. q. j. cuius uerba abbreuiabo ob prolixitatem uitandam: aliquando mutabo sequendo sententiam theologorum ad pleniorem declarationem. Ex quibusdam auctoritatibus uidetur: q̄ uoluntas sine opere tātū valeat in malo ꝛ bono: quantum uoluntas cum opere. Dicit enim Aug⁹. Votum. i. uoluntas pro opere reputatur. xxij. q. j. §. Si ergo. Item Cipria nus. Nunquid chaim cū domino munus offerens: peremerat fratrem: sed tamen fratricidiū mente conceptum. i. uoluntate deus prouidus ante dānauit. Ita ꝛ in dei seruis: apud quos cogitatur ꝛ martirium mente concipitur. animus. i. uolūtas ad bonum deditus deo iudice coronatur. de pe. dist. j. Et Hiero. Licet gladio non occidas uoluntate tamen interficis: dis. ea. c. Omnis iniquitas. Ad idem facit. c. Si cui. ꝛ ca. si forte mulier. Et plura alia. c. in dicta distinctione. Pro huius igitur declaratione fm archidia. distinguenduz. Quia aut loquimur de uoluntate i opere bono. Aut de uoluntate in opere malo. Si primo mō id est de uoluntate affectante facere opus bonū: sed non exequente: iterum subdistinguendum. Quia aut habetur respectus ad deum: aut ad ecclesiam siue ad ius. Et si habeatur respectus ad deum: quātum quidem ad tempus preteritum ul futurum: vtiq̄ non habetur uoluntas pro opere. Nam si uolo me ieunasse elemosinas fecisse et alia huiusmodi bona: talis uoluntas in ꝓspectu dei. i. quo ad meritum: non habetur pro opere. id est nō remuneratur: sicut si factū fuisset opus: que tamen proprius dicitur uelleitas q̄ uolutas. De futuro etiam si uolo seu propono hinc ad mensem ieiunare: dare elemosinam ꝛ huiusmōi: hoc non habetur pro opere: q̄uis tale ꝓpositum ꝛ voluntas sit meritoria: non tamen tantū sicut cum opere subsecuto: quod propositum boni dimitti potest: licet non sine peccato. Unde Greg⁹ super Ezech. Qui bona agunt ꝛ meliora agere. proponunt: si ea non agunt: licet in bonis pōsb⁹ perseuerēt: in conspectu tamē domini ceciderūt. s. venialiter uel mortaliter: fm qualitatē ꝓpositi quod dimittunt: puta alicuius uoti ul necessarij ad salutē: uel alicuius rei nō necessarie: ut alicui⁹ deuotionis fiende. Si autem loquimur de p̄senti iterum subdistinguitur. Quia aut illa uoluntas potest impleri in bono opere: ꝛ non impletur ex negligentia vl alia causa: vt verbi gratia. Habeo voluntatem faciendi elemosinam ꝛ bene possuz sed cupiditas me tenet vel negligentia. Habeo voluntatē orandi: sed me piget: ꝛ talis uoluntas nō habetur pro opere: nec est efficax voluntas quā non sequeretur effectus. Et ad hoc facit qd̄ dicit Ambrosius distin. lxxxvj. Non satis est bñ uelle: sed etiam bene facere. i. non sufficit bona uoluntas sine opere: cum adest facultas. Et sic intelligitur illud ꝓuerb. xiij. Uult ꝛ nō uult piger. Uult enim quodāmodo leui uolūtate: sz nō uult uoluntate efficaci ipsaz operando. Aut quis habet uoluntatez ad opus ꝛ precise dimittit: quia exequi nullo modo potest: ꝛ tunc quantum ad gloriam consequendam: ꝛ quantum ad penam eternam euadendam uoluntas pro opere reputatur in genere: sed non quantum ad quantitatem premij: vel quantitatem euasionis pene temporalis debite pro peccatis. Et hoc uel ex opere operante: vt in illis operibus: que habent in ipso actu delectationem prouocantem: tunc enim operatio addit ad bonam uoluntatem quantum ad premium essentiale: aliquādo ad accidentale fm tho. i. iij. dis. xvij. Uel ex opere operato. i. ex sumptione sacramenti. Uerbi gratia. Si quis uult recipere baptismum uel confessionem seu eucaristiam: et non potest: quia deficit ul minister ul sacrāmentum uel aptitudo illius ad hoc: utiq̄ talis ꝛ premium meretur eternum ex illa uoluntate si est gratia informata: ꝛ euadit penas eternas. Sz non ita euadet penas purgatorias: nec tantuz premiū cōmuniter consequitur: sicut si secutum esset opus. i. suscipiendo sacramenta. Aliud exemplū. Uult q̄s summo dēsiderio sustinere martirium: sic beat⁹ onicus ut ceruus ad aque fluuiū. Talis ex illa uoluntate premiuz recipit. Ut dicit Ciprian⁹ in auctoritate superius allegata. Et quantum ad

¶ nō bñ ustū mōz. s. qñ uolūtas sine ope ad salutē ꝓdest. et qñ nō ꝓdest.

¶ hic ꝛ uolūtas sic̄ ope. nō ualz

¶ hic ꝛ uolūtas sic̄ ope. nō ualz

¶ hic ꝛ uolūtas sic̄ opere. nō ualet.

¶ hic ꝛ uolūtas sic̄ opere. nō bñ

¶ ex.

essentiale premium: tantum recipere potest: q̄tū si actu reciperet martirium: dummodo equalis esset feruor ⁊ affectus non sustinendo martiriuz sicut sustinēdo. Secus si minor est: ar. de pe. dis. ij. Si quis uult. Non tamen recipit illud pmium accidentale: quod dicit aureola martirij. Unde ⁊ Joh. i glo. de pe. dis. j. dicit: q̄ istud dictū uotū pro opere computatur: habet exceptionem in operibus priuilegiatis quibus debetur aureola.

Aliud exemplum. Uult quis ire ad ecclesiaz vbi est indulgentia: non vadit quia nullo modo pōt: talis utiqz ⁊ si meritum habet aliquod de bona voluntate: non tamen indulgentiam consequitur non eundo. Quando uero habetur respectus ad ecclesiam: Cum queritur vtrum voluntas habeatur p̄ facto. Respondetur q̄ siue processit ad actum exteriorem imperfectum quod plus est. Siue stetit in confinibus cogitationis qō minus est: non habetur talis uoluntas quo ad ecclesiam pro opere: vt appareat de eo qui erat excōicatus ⁊ uoluit recōciliari ecclesie: ⁊ per eum non stetit quo minus reconciliaretur: ⁊ de hoc apparēt in dicia manifesta q̄ uoluit reconciliari ecclesie: seo non potuit: ⁊ moriuus est talie: si morte preuētus absolutionis beneficium non habuit apud ecclesiam non habetur absolutus: q̄uis sit secus apud deuz. Et ratio est: quia ecclesia opinionē hominū sequitur in iudicando: precipue in foro ꝓtentioso que sepe fallitur: sed ipse deus semper innititur veritati: ⁊ ideo nec fallit nec fallitur: extra de sen. excō. A nobis. Unde tali negabitur ecclesiastica sepultura: nec fiet solennis oratio pro eo nisi fuerit post mortez absolutus ab excōicatione: quod fieri debet: si in uita queiuit absolutionē. Aliter autē agendum ē in sacramento confessionis. Nā si quis uult confiteri quod ostendit per signa petens sacerdotem: ⁊ postea mutus efficiatur: non debz tali denegari eucaristia ⁊ alia ecclesie suffragia: dūmodo constet ecclesie seu sacerdoti de uoluntate illius: quātūcunqz leuiter etiam per unū testem vel per signa ipsius infirmi. Ratio diuersitatis in huiusmodi ē potest: quia primuz ptinet ad forum contentiosum: vbi requiruntur ꝓbationes sufficientes. Secunduz pertinet ad foruz penitentiale: vbi non requiruntur tales probationes. Si autem agatur de actibus iudicialibus siue de his que inter homines continue agitātur ⁊ frequentantur. Cum queritur vtrum uoluntas habeatur p̄ facto. Respondetur q̄ siue de preterito siue de presenti siue de futuro agatur: cum voluntas stat in confinibus cogitationis: i nullo procedens ab extra: nunq̄ habetur illa uoluntas ꝓ facto. Uerbi gratia. Missus erat aduersarius meus in possessione rei mee. ex primo decreto poteram infra annum recuperare possessionē ipaz: prestando cautionem de parendo iuri: ⁊ habui voluntatem in corde prestandi dictam cautionez ⁊ faciendi alia necessaria: sed nō processi ad actū exteriorem. Certe uoluntas ista non habetur pro facto: ut postea possim recuperare possessionez: extra de eo qui mit. in pos. ca. j. Si aūt uoluntas processit ad actum aliquez: tunc subdistiguēdū: quia aut actus ille fuit perfectus aut imperfectus: ⁊ si fuit perfectus: tunc claruz est ⁊ de hoc nemo dubitat: extra ut lit. non contest. quoniam. Sed si actus ille fuit imperfectus: tunc subdistinguēduz: quia aut fuit imperfectus propter uoluntatez: aut propter impotentiaz. Et si fuit imperfectus ꝓpter voluntatem: tunc illa uoluntas in tali actu imperfecto non habetur pro facto. Uerbi gratia. Habeo in corde uoluntatem prestandi cautionez ꝓ recupanda possessione mea: ⁊ illam uoluntatem produco ad actum exteriorem: sed imperfectuz: hoc videlicet modo. Uado coram iudice ⁊ aduersario meo ⁊ dico: uolo recuperare possessionem meam: duco mecum fideiussorem: ⁊ offero satisdationē de iudicio sisti: ⁊ nihil aliud facio. Certe iste actus imperfectus fuit: quia non solū debeo offerre: sed etiam prestare. Nam sola oblatio fideiussoris non sufficit: quod quidem locū habet in his in quibus cadere potest depositio: ut i his que consistunt in probando. Sed in his in q̄b⁹ non cadit depositio: ut in his que consistunt in faciendo: sufficit sola oblatio faciendi seu protestatio: ut apparet in appellatione: in qua sufficit si me offeram probare coram iudice cause principalis. Et q̄ protestatio sufficiat probatur co. ti. ca. fi. Si autem fuit actus imperfectus propter impotentiam. tunc subdisti[n]gue. Quia aut illa imperfectio contingit propter defectuz propriū: aut propter defectum iudicis uel aduersarij: aut propter casum fortuitum: aut propter factum prorsus extranei. Si propter defectum propriū: cui non potest prouidere tunc uoluntas haberur pro facto. Uerbi gratia. Habeo voluntatem prestandi cautionem pro possessione mea recuperāda: ⁊ procedo ad actum exteriorem hoc modo. Nam modo compareo coram iudice ⁊ aduersario ⁊ dico. Domine bene vellem prestare cautionem: sed in ueritate non possum: quoniā pauper sum: ⁊ propter paupertatem non inuenio: qui pro me intercedat. Certe in isto casu ista uolūtas

haberetur pro facto ad recuperandam possessi onem: dummodo prestem iuratoriam cautioēz: extra de eo qui mit. in pos. ca. j. Et extra de solu. Odoardus. Nam inanis est actio quam inopia debitoris excludit. ff. de arbi. l. nam is. Fallit tñ hoc in vsufructuario qui debet prestare cautiōēz de vtendo ꝛ fruendo arbitrio boni viri: ꝛ finito vsufructu de restituēdo. Nam si propter paupertatez vel aliud non potest fideiussorem prestare: non sufficiet iuratoria cautio: ꝛ sic non habebit voluntas pro facto: vt notat Azo. C. de vsufruc. l. vsufructuarius. Si autez illa impossibilitas contingit propter defectuz iudicis uel aduersarij: ꝛ tunc iterū subdistinguendum: quia aut hoc est propter factum ipsorum: puta quia dum vellem prestare cautionem: stetit per iudicem uel aduersarium quo minus prestarem: quia ipsi noluerūt recipere: dum offerrem ꝛ ipsam prestare vellem. Et tunc voluntas habetur pro facto: quantū ad possessionem recuperandam. Aut impotentia contingit propter absentiam iudicis uel aduersarij: quo minus predictam cautionem prestaret. Et tunc voluntas nō habetur pro facto: nisi ego istam cautionē prestez coram publicis ꝛ honestis personis: vt extra de offi. or. pastoralis. Si autem impotentia contingit propter casum fortuitum: tunc si casus cōtingat in iudicijs voluntas habet pro facto quantum ad euitationem pene: vt appareat exemplum de eo qui certa die debebat in iudicio comparere sub pena: ꝛ dum ueniret supuenerit tempestas vel pōs fluminis est fractus: uł flumē creuit q̄ trāsire nō pōt: certe iste casus illū excusat a pena. ff. Si quis cau. l. ij. Item si cōtingat casus fortuitus in contractibus idem uidetur dicenduz: vt. ff. ad. l. ro. de iactu. l. fi. Cōsueuit tñ subdistingui in contractu locatioīs: an casus superueniat in persona locatoris: an in persona cōducentis tantum: aut in re locata: vt illa materia satis declaratē. ff. ò var. ꝛ ex traor. co. l. j. In ꝛtractibus etiam consueuit distingui: an casus cōtingat in persona debentis: uel eius cui debetur: ꝛ an deberur quantitas uł species: ꝛ an mora interesserit vel ne. Si etiaz cōtigat casus in vltimis uoluntatibus voluntas habetur pro facto: ut appareat de illo qui reliquit libertatem seruo suo: si decem daret heredi: ꝛ cum iste portaret pecuniā incidit in latrones uel in hostes ꝛ pecuniā amisit ita q̄ in termino ipse non potuit heredi dare. Certe ille actus imperfetus propter impotentiam ex casu fortuito habetur pro facto: quantū ad libertatem consequendam. Et de casibus contingentibus circa ultimas uoluntates plenissime notatur p Azo. C. de instit. ꝛ substi. sub con. fac. l. j. Si autez contingat impotentia propter factū ꝓsus extranei: tunc voluntas non habetur pro facto. Verbi gratia. Reus debebat sistere in iudicio certa die: ꝛ sub certa pena: dum autem ueniret ad iudicium quidam extraneus. Vir retinuit eum ꝛ sic nō stetit in iudicio illa die talis non excusatur a pena. Sed datur actio contra impedientez ad interesse. ff. Si quis cau. l. ij.

Quantum uero §. II.

ad secundum membrum principale prime questionis: scilicet an voluntas solum habeatur p opere exterioꝛi in malis. Respondetur. Quia aut loquimur de foro dei: aut i foro ecclesie penitētiali: aut i foro cōtētioso seu iudiciali. Primo ergo .ſ. quantum ad deum distinguendum. Quia aut voluntas est deliberata aut non deliberata circa malum. Si indeliberata: ita. ſ. q̄ non accedat assensus rationis: tunc clare est q̄ voluntas non habetur pro opere: etiam si illud opus super quo insurgit voluntas sit mortale. Unde Greg⁹. ò pe. dis. ij. Nequaq̄ mentem cogitatio immunda maculat: cum pulsat. ſ. inclinationez voluntatis: sed cum hanc per delectationem superat. ſ. per consenſuz rationis. Si vero voluntas est deliberata circa opus malum: siue in preteritio: vt puta quia vult ꝛ contentatur se cōmisse aliquod criminale. Siue in futurum vt cum uult seu intendit ppetrare in futurum aliquod malum: vel in presenti cum proponit maluz operari. In omnibus hui⁹ voluntas habetur pro facto quantum ad gra uitatem peccati in generali: non in speciali: hoc ē q̄ ita meretur penam eternam ex uoluntate deliberata ad opus mortale: quāuis effectus non sequat: sic si sequatur actus exterioꝛ. Non tamen tantam penam meretur in inferno propter voluntatem solam: quantam si addat opus: quia cōmuniter actus exterioꝛ peccati adauget ipsam inordinationem voluntatis. Et sic intelligit illud Clementis: de pe. dis. j. Homicidioꝛum ria genera beatus Petrus esse dicebat: ꝛ eorum penam fore parilez. ſ. odientis: detrahentis: ꝛ actu occidētis. Illa enim paritas pene odientis: ꝛ sic voluntatē habentis ad mortem exosi ꝛ pena actu occidētis intelligende sunt fm equalitatem proportionis: non fm equalitatē eiusdē quantitatis. i. q̄ uterq̄ damnabitur. Facilius etiaz quis resurgit a peccato voluntatis consentiētis siue in morosam delectationem: siue in actuz exterioꝛem: non tamen exequendo: quā cuz proceditt ad opus exterius. Et

¶ hic nō valet nisi uoluntas sine opere.

¶ hic nō valet uoluntas sine opere.

¶ hic nō valz uolūtas sicē opere.

¶ hic valet uoluntas sicē opere.

¶ hic valet uoluntas sine opere. Sed nō in toto hmpte.

¶ hic valet uoluntas sicē opere.

Capitulū Decimūquartum

¶ pena mortis ē imposita q̄ pro exteriori. ℞ pro interiori.

ad hoc facit quod dicit Hiero. xxxij.q.ij. Sicut semina. Ubi ait. Sensus ex ratione conceptus. i. consensus in malum: nisi in opera prorumperit ad huc in mente retinetur: ⁊ cito perit ab hoste.

Quantum vero ad forum penitentiale ecclesie voluntas contenta terminis suis non habetur p facto. Non enim tanta penitentia est iniungenda pro peccato interiori: quanta p peccato exteriori ceteris paribus. Et penitentie septēnes q̄ taxant ab ecclesia: vt. xxij.q.j. Predicanduz. ⁊. xxxij.q. ij. hoc ipsum. Cōmuniter imponuntur p peccatis exterioribus: quāuis etiam interiora ut dictū est: sufficiant ad dānationē: ut expresse habetur: de pe. dis. j. Si cui Et nota q̄ cū sola spes quādo est principalis lucri in mutuo: faciat hominem vsurarium: ut. xiij.q.iij. Si feneraueris. Sicut etiam sola spes rei temporalis facit hominē simoniacum: quando est principale motiuum in traditione rei spiritualis. fm Ray. ioh. ⁊ archidi. Hec spes includit voluntatem deliberatam. Unde in foro penitentiali puniri debet seu penitentiari: ut pro mortali peccato. Et si inde aliquid recipit oblatum in foro penitentiali est inducendus vsurarius ad restitutionem: ⁊ simoniacus ad pauperibus eroganduz. Et sic punitur voluntas p facto hoc est: ac si pactum fecisset expresse. Sed non quantū ad censuram aliquam uł depositionem: vt extra de simo. c. ultimo. Qua pena posset puniri si ad actum exteriorem peruenisset p actionē ⁊ huiusmodi. Et quāuis aliqui dicāt: q̄ usurarius solū mentalis non teneatur restituere. Alij tamē dicūt q̄ tenetur semper restituere. Et hoc Inno. dicit esse tutius: extra de vsur. Consuluit. Hosti. autem dicit omnino esse restituendum: quia tur piter accepit. Idem sentit Bern. Rai. ⁊ Archi. ⁊ theologi idem sentiunt. Sed quantū ad forū iudiciale ecclesiasticum uel ciuile: voluntas si nō procedat ad actum exteriorem aliquem: nūquaz punitur. Et hoc est quod dicit lex. Cogitationis penam nemo mereatur: de pe. dis. j. Et Augusti. xxxij.q.v. xp̄iana dic̄. Latentia peccata uindictā non habent quia. s. probari non possunt. In iudicio autem proceditur per allegata ⁊ probata. Sed si voluntas proceedat ad aliquem actum exteriorem: licet imperfecte: hoc est non illum complendo: tunc subdistinguitur. Quia aut ille actus fuit imperfectus propter voluntatem: aut ppter impotentiaz. Si primo mō. s. ppter uoluntatez: quia uidelicet penituit eum: ⁊ bene ad effectuz p duxisset si uoluisset: puta quia virgo deo dicata cum qua habuerat colloquiuz de malo sibi consentiebat: sed ipsum penituit sua propria voluntate: ⁊ tunc non punitur. ff. ad. l. cor. de fal. l. qui falsam. Exemplum etiam de eo qui vocauit clericum in foro seculari: quē penituit ante lit̄. p̄test. Quāuis enim talis ⁊ voluerit ⁊ egerit aliquid: q̄ non perfecit ꝓsecutionez cause in tali iudicio: nō patietur penaz corpz capitulorū. xj.q.j. Inolita: ⁊ extra de foro cōpe. Si diligenti. Si aūt fuit actus imperfectus propter impotentiam: quia. s. attēptauit ⁊ fecit quod potuit vt ueniret ad perfectionē operis: ⁊ nō ualuit: tunc voluntas habet pro facto ⁊ punitur. Et ita intelliguntur leges canonizātē: de pe. dis. j. Si quis non dicam rapere. Et abinde vsq̄ ad legez. Cogitatio. Et. C. de fur. l. si quis seruo. Sic ⁊ vxor punit quo ad cōiugiū ppter insidias: ⁊ consilia que interposuit i morte mariti: quāuis effectus non fuerit subsecutus.

Notandum q̄ in penis spiritualibus infligendis distinguit. Utrū. s. impōatur a canone pena spiritualis an imponat ab homine. Et siquidē imponatur a canone: tunc effectus consideratur non affectus animi seu voluntas: ⁊ hinc est q̄ si quis ꝓponens manū suaz inicere in clericum: solūmō insultum facit: eleuat manū vt percuciat: ⁊ tamē non tangit eum: quia fortior ille. fuit uel alia de causa: iste non obligatur pena spirituali. s. excōicationis si quis suadente. xvij.q.iij. Similiter si quis uoluerit homicidium ppetrare etiā si vulnerauerit atrociter: dūmodo nō fuerit subsecutum homicidiū seu mutilatio penā irregularitatis nō incurrit: extra de homici. c. si aliquis. Si autē pena spiritualis imponatur ab homine: tunc cōsideraī animi voluntas ⁊ destinatio. s. cū aliquali opere exteriori: ⁊ non tantū iuris effectu. Et rō ē: q̄ mitius agit cū lege q̄ cum ministro legis. ff. de ar. l. Celsus. Et extra de cle. exco. mi. Si celebrat. Uerbi gratia. Dicit supior ordinarius. Excōico te si eligis. Nā in ꝓtinēti cū paras te ad eligendū. incidis i excōicationē. Oō dr̄ ut notauit Inno. extra de ap. c. Preterea. Et sic patet q̄ uolūtas nō ꝓducta ad actū pfectū puit ⁊ p facto habet: q̄tū ad penas spūales: q̄ infliguntē ab hoie: ⁊ rō ē: quia hmōi pene spūales sūt medicinales. ij.q.j. multi. ⁊ extra de sen. ex. cū medicinalis. li. vj. Sz in penis tp̄alib' ꝓditiōalib' ⁊ iudicialib' sec' dicēdū ē. Nā in istis ꝓsideraī iuris effect': nō affect' ł' ai destinatō extra de spon. c. ul. Et ē ratio: q̄ pene sunt potius emolliēde q̄ exasperāde: de pe. dis. j. §. Pene.

¶ Ubi nulla uoluntas sic ope.

¶ pena imposita a canone uł ab hoie distinguit.

¶ Ubi nō ualet uoluntas sic ope.

¶ Ubi ꝓ ualet uoluntas sic ope.

¶ Exemplum ne ope re ligat.

Qtū ad scōz mē. §. III.

brum principale: cum scilicet exercetur opus exterius sine voluntate distinguendum. Quia aut

¶ Usurarius mentis re uer ad re stitutionē

¶ Ubi nō ualet uoluntas sine ope.

¶ De opib⁹ q̄ sine uolūtate fiuē nō tria.

hoc fit voluntate omnino renitente. Aut ratione omnino deficiēte. Aut voluntate negligente.

¶ Nemō ut malū faciat facē uolūtate nō ē meritō nec demeritō.

Quantum ad primum. ſ. cum fit aliquod opus renitente voluntate omnino: nec i bono eſt meritorium: nec in malo demeritoriuz. Meretur enī quis aut demeretur per actum liberuz volūtatis. Unde Ambro. Nemo noſtrū tenetur ad culpaz: niſi propria voluntate deflexerit. Uoluntarium ſibi militem elegit chriſtus: voluntariū ſibi ſeruū diabolus auctionatur. xv. q. j. Non eſt. Ad idem Criſoſto. ſuper Matheū. Sicut enim peccatum opus ſine voluntate non facit: ita iuſticia ex ope non conſumatur: niſi ꝛ uoluntas affuerit. xxxij. q. v. Sicut. Et ex hoc patz q̄ ſi inferatur violēcia virgini omnino renitenti: nec peccat nec amittit virginitatem. Unde dixit lucia paſcaſio. Si me inuitam feceris violari: caſtitas mihi duplicabit ad coronam. Non enim inquinatur corpus niſi de conſenſu mentis. Nam ſi in manu mea thura ponas: ꝛ per manum meam ſacrificia facias: deꝰ hoc non attendit. De ſenſibus enim ꝛ volūtatibꝰ deus iudicat. Gratianus. xxxij. q. v. §. j. Similiter

¶ Si q̄s occidit inuitū. nō ē capax alīus ſacrīt.

ſi quis occideretur pro fide inuitus uel p iuſticia: meritz non haberet. Nec talis eſt capax alicuꝰ ſacramenti. Nā ſi quis oio iuitus baptizaretur: tentus ſub aqua per violentiaz: talis non recipet nec effectum nec ſacramentum ipſius baptiſmi.

Quantum ad ſcōam partez diſtinctionis: cū .ſ. fit opus ratione omnino neſciente. ſ. cum quis non habet uſuz rationis: ut infans. ꝛ adultus. furioſus: qui eſt extra uſuz rationis: opus quod fit a talibus cum ſit inuoluntarium: quia ſine delibe ratione rōis: ſiue in bonū ſiue in malū nō reputatur ad meritū neq̄ ad demeritū. Nam actus hūanꝰ reddit mēitoꝝ l̄ ōmēitoꝝ: i quātū pcedit a libero arbitrio: quod diffinitur eē facultas voluntatis ꝛ rationis. Jn predictis autem rō deficit Sed etiam in iudicio eccleſiaſtico uel ciuili tales: non puniunt. Nam infans ſi proīciendo lapidez occidat aliquē hominem. Si non eſt doli capax: non punitur: nec quo ad deū: nec quo ad mūdū: de conſecra. diſ. iiij. paruuli. Et in glo. que eſt ibi extra de delic. pu. ca. ij. Et. ff. de ſic. l. infans. Idez de furioſo dum eſt in furia ꝛ extra ſe. Satis eniz ipſo furore punitur. ff. de offi. pre. l. diuus. Et. xv. q. l. ex merito. §. ſed obiicitur. Uerum eſt tamē: q̄ furioſo a furia reuerſo: pōt penitentia iniungi ad cautelam: vt ea. cauſa ꝛ queſti. c. Si quis. Et licet aliqui dicant: q̄ cū quis ex culpa ſua incidit i furiam: amentiam: uel ebrietatem ea que facit mala extra uſum rationis conſtitutus: imputatur ei: ex eo quia fuit in cauſa. Uerior tamen opinio eſt: q̄ non imputantur que facit in tali ſtatu. Sz culpa precedēs aggrauat ex malis que ſequūtur.

¶ furioſus dū eſt in furia mala q̄ fiunt nō ē digna pugnione. nec bona remuneracione.

¶ Nō bn

Notanduz tamen q̄ adultus amens vel frenetic⁹ effectus: ſi anteq̄ incurreret talē amentiā habuit propoſitum ꝛ uoluntatez ſuſcipiendi ſacramēta: ꝛ declarauit ipſam volutatez: non debent ſibi denegari. Et quātūcūq̄ etiā cōtradicit in amentia poſitus: recipiet effectum ſacramentorum: ſi in ſtatu gratie intrauit freneſim uel amentiam: ꝛ ſic opus ſine voluntate actuali erit meritoriuz ex voluntate tamen precedenti. Jnſuper eſt nōndū

¶ Baptiſmus ſeruat ad ꝓmiſſi ſimul pueris ꝛ adultis carentibus uſu rationis.

q̄ opus baptiſmi valet ad ſalutem ꝛ premiuz pueris ꝛ adultis carentibus vſu rationis: cum tamē deſit in eis voluntas ad ipſuz opus. Sed hoc ſpeciali munere venit: Sicut ꝛ paruulis innocētibꝰ opus martirij ſuſceptuz ſine uoluntate: ex gratia chriſti fuit eis ad premium eſſentiale glorie ꝛ accidentale aureole. Regulariter aūt vt dicit Augꝰ.

¶ Sancti li innocentes nūc nec exiuit.

Omnis quiſque voluntatis eſt arbiter conſtituꝰ: non poteſt nouam inchoare vitam: niſi peniteat eum veteris vite: de pe. diſt. j. Tres actiones.

Quantum ad tertiam partem: quando. ſ. ftt opꝰ exterius uoluntate repeſcente. i. opus ipz eligēte: ſed non in quantū meritorium uel demeritoriuz eſt intendente: quod contingere poteſt in bonis ꝛ in malis actibꝰ: quādoq̄ ex ignorantia quādoq̄ ex certa ſcientia. Et in his quidem que ſunt de genere malorum: poteſt eſſe duplex ignorantia. ſ. iuris ꝛ facti. Et ſi adeſt ignorantia iuris diuini vel naturalis. vel eorum que ſcire tenetur ſm ſtatuz ſuum: opus malum factum ex tali ignorantia ꝛ per conſequens ſine voluntate: in quantuz opus ipſum eſt malum: non excuſat a toto ꝛ ſi a tāto. Et in his verificatur illud apoſtoli. Ignorans ignorabitur: ꝛ de hoc. i. q. iij. §. ultimo. Exempla ſume in Paulo: qui perſequebatur eccleſiaz dei: arbitrans exinde obſequium ſe preſtare deo. Sz vt ipſe dicit ignorans fecit: nec propter hoc ſe excuſat: ſz accuſat de peccato. Similiter ꝛ filie loth cum inebriauerunt patrem vt ex eo conciperent: q̄uis putauerunt ſibi licere: credentes totuz mundum ſubmerſum: ſicut ꝛ ſodoma non excuſatur a peccato inceſtus propter ignorantiam illam: ſz fuit ignorantia iuris naturalis. xv. q. j. Inebriauerunt. Similiter ordinatus in ſacris ſi dimitteret officium: ex eo q̄ neſcit ſe ad hoc obligatum precepto eccleſie: ut patet: extra de cele. miſ. dolētes. non excuſatur a mortali: q̄uis non intendat neq̄ velit illaz omiſſionē officij in quātū peccatū: imo ſi ſciret nō omitteret. Sz q: negligēs ē volūtas ad

Capitulū Decimūquartum

inquirendum que scire debet: ideo ei imputatur ad peccatum: vt habetur distin. xxxvij. §. vltimo.

Quantum autem ad ignorantiaz facti: notanda est distinctio decretistarum que ponitur: dist. l. c. de his. & extra de homici. sicut dignū. Videlz q̄ aut quis in facto quod agit dat operam rei illicite: aut licite. Et si dat operam rei illicite: puta quia solaciatur aliquo ludo periculoso: unde sequitur mors uel mutilatio quāuis illud malum non uelit: tamen quia uoluit illum ludum: unde secutum est: ei imputatur: & quo ad peccatum: et quo ad irregularitatem: & quo ad penam iudicialem. Similiter si cecus sagittam uel lapidem iaceret: ei imputaretur: quia dat operam rei illicite. Unde & lamech quando sagitta occidit chaim existimans eum feram siluestrem non hominez: quia cecus erat. Sed a puero quez secū ducebat vt fera indicatus fuit: non excusatur a peccato. Idez potest dici de minori doli capaci: quanuis etatis non perfecte & dante operam rei illicite: qō dictum est de maiori & adulto: ut extra de delic. pu. ca. ul. Si uero dat operam rei licite: tunc aut adhibuit debitam diligentiam: aut non. Et si non adhibuit debitaz diligentiam: non excusatur a peccato: licet malum sequens sit contra ei⁹ uoluntatez: puta si quis proiiciat tegulas ō tecto ad ipsum reparandam: & non ponat aliqō signū ante domum: nec dicit aliq̄d cum proiiciat: & sic cū una ipsarum interficiat transeuntē per uiā. Aut si quis proiiceret lapidem ad animalia bruta: et non respiciet transeuntem per uiam & a casu inferret aliquem contra uoluntatem suam: ei imputaretur peccatum & pena iudicialis: quia non adhibuit diligentem sollicitudinem ad opus illud iactationis. Ubi uero adhibeat debitam diligentiam operi licito. Si quod malum a casu ꝓtingat: non ei imputatur: puta si quis icidendo arborez: dum eam prosternit: alius subito trāsit subt⁹ eā: & sic perimitur: cum tamen ille non uideret eum: nec haberet extimare aliquem transituruz inde: dis. l. Sepe. & xv. q. i. Si quis nō iratus. Unde & Jacob excusatur in cognoscendo lyam: que non erat uxor sua loco rachelis uxoris sue. Jn his autem que sunt de genere bonōum factis ex ignorantia iuris uel facti: non habetur meritum: ex quo ibi non est uoluntas seu intentio ad merituz actualis uel habitualis. Ad quod facit quod ait Ambrosius. Nō satis est benefacere: nisi id ex bono fonte. i. ex bona uoluntate proficiscatur: dis. lxxxvj. Non satis. Et Hiero. Deus uoluntatē nō opus respicit. s. sine uolūtate. xv. q. j. Si quis nō irarus. Uerbi gratia. Si quis dat pauperi unum florenum elemosinaliter: volens dare tantū unuz quatrenum: opus istud factum etiā in gratia nō habet meritum unius florenī: sed unius quatreni. quia uoluntas non fuit ad florenum: sed ad quatrenū. Similiter si quis iret ad missaz die festiuo: vel ieiunaret die instituta ab ecclesia: uel diceret officiuz existens ordinatus in sacris nec aliqō horꝫ facit actu uel habitu ut satisfaciat p̄cepto ecclesie: Presupposito q̄ illud ignoret: uel etiam si scit non habet intentionem ad illud: sed a casu vel propter societatem facit aliquod predictoruz talis in huiusmodi non meretur: ex quo non hz voluntatem ab illa opera. Dicit enim auctoritas de pe. dis. j. q̄ uoluntas remuneratur non opus. i voluntas principaliter facit opus remunerandi.

Quantum autez ad opera que fiunt ex certa scientia siue in bonis siue in malis: imputanē ad meritū l̄ demeritū i q̄tuz uolūtas assentit opi: & si nō ipsi operi in quantū meritoriuz uel demeritoriuz: quod habet in coactione conditionali. Uerbi gratia. Datur infideli optio ut aut recipiat baptismum aut occidetur uel amittet sua bona: eligit talis baptizari ne perdat uitam uel bona. Jn huiusmodi opere bono: iste nō acquirit nec meritum nec salutez: ex eo q̄ non habet uoluntatem ad opus baptismi suscipiendum: in quantum bonum est & salutiferum: ar. ad hoc de pe. dis. j. tres actiones. Similiter in malis opibus. Quāuis enim aliquis non uelit aliquo modo opus maluz facere: in quantum malum & demeritoriū: tamē assentit opus agere quod scit esse malum: ne incurrat aliquod damnuz: tale opus nō excusatur a peccato. Uerbi gratia. Peierat quis ne amittat suam causam iustam: qui tamen alias nullo mō vellet peierare. Ad quod optime facit quod ait. Augustinus. Si diligenter inspiciatur: forte ipm peccare nemo velit: sed propter illud quod uult peccat. Omnes quippe homines qui scientes faciunt qō non licet: uellent licere. Usqz adeo ipm peccare nemo appetit: propter hoc ipsum sz ppī illud: quod ex eo cōsequitur. xv. q. j. merito. Unde & lucretia nobilissima romana: que assensit filio tarquini in adulterium: ne incurreret infamiam adulterij: ex eo q̄ ille minabatur ei q̄ si nō assentiret interficeret eam & vnum ex seruis suis iuxta eam: & diceret marito suo collatino: q̄ eos interfecerat: quia inuenerat eos pariter commisceri. Ob uitandaz igitur talem infamiā assensit operi nepharrio: de quo tamen tantam displicentiam habuit: q̄ propter hoc coraz consanguineis suis se occidit. Non excusatur a peccato adulterij: q: potius debet quis omnia mala tolerare q̄ malo cōsentire. s. peccati: vt dicit Augustinus. xxxij. q. v. Ita ne.

Qtū ad tertiā §. IIII.

¶ opa ai uolūtate ē iudenda.

partem prime ⁊ principalis diuisionis: cuz.s. voluntas reperitur cum opere exteriori. Sciendum q voluntas ipsa naturaliter semper precedit actum exteriorem: sicut causa precedit suum effectum. Est enim tanquā regina potentiarum et omnibus alijs habet imperare fm doctores. Tē pore vero aliquando uoluntas est simul cuz opere: aliquando in diuerso tempore. Et qñ est simul cum opere exteriori uel immediate exequit ipsuz pro vno actu meriti uel demeriti computatur. Sed completius ⁊ gauius ī ipso opere exteriori: ut dictum est supra: puta cum quis uolēs furari: subito querit furtum facere. Uel cum quis uolēs orare uel elemosinam dare: ponit se ad orandum uel dandum elemosinam. Sed cum uoluntas et opus sunt in diuersis tēporibus: medio intuallo: infra quod mens diuertit ad aliud reputanē: vt duo bona uel mala: fm Pe. de tarantasia. Uerbi gratia. Habet quis uoluntatem fornicandi uł occidendi ⁊ huiusmodi: ⁊ dum tale malū deliberat agere: occurrunt sibi alie uoluntates ⁊ occupatōnes uarie in quibus imoratur: vtinde occurrēte sibi opportunitate: perpetrat illud malum quod volūtas decreuerat. s. fornicationis uł homicidij ibi sunt duo peccata mortalia. Primum quādo voluntate decreuit illud agere. Secundū quādo illud perpetrauit quod nō fuit sine uolūtate iterz deliberante. Unde ⁊ pro utroq a deo punitur. In iudicio autem humano punitur tantū scōm quando est contra leges uel canones. Et primum probatur uel ex se notorium est Dicit enim lex: q grandis ratio suadet: ut maleficia puniantur ff. ad.l. acquil. l. ita uulneratus. Et ut pena vni? sit metus multorum. ix. q. iij. ca. Si autem. ⁊. ff. de penis. l. aut damnū. Nam si ea que male usurpantur omittimus: excessus uiam alijs aperim? di. xciij. ca. peruenit. Propagatur enim vitiū nisi per correctionem discipline subsequat correctio. xxj. q. ij. placuit. Et si pena pro tali crimine extrius commissa est determinata in iure tunc subdistinguendū. Quia aut iudex qui habet cognoscere est iudex delegatus: ⁊ talis qui non potest in pena dispēsare: ut extra de officio dēleg. de cāis ⁊ de pe. licet. Et tunc penam illam lege taxatam mutare uel minuere non potest. ij. q. j. §. notādū. Et propterea dicitur in auł. de iudi. §. oportet. q iudex non debet esse mitior lege. Si autez p vno eodemq scelere diuerse pene de iure imponātur: tunc utraq uno eodemq tempore non est imponenda extra de iudi. At si clerici. Sed minor imponenda est: argu. de peni. distinct. j. §. pene. Uel opus est gratificatione: extra de parro. ca. j. Uel illa imponatur que magis timetur: extra ut liť. non contest. ca. quoniam frequenter. Quia ut dicit Aug⁹. Hoc solum bene agitur: siue plectendo siue ignoscendo: dummodo mala uita hominuz corrigatur. xxiij. q. v. prodest: Si uero est iudex qui habet merum imperium: ⁊ de illo crimine possit dispensare tunc poterit commutare uel minuere penam: ut extra de raptor. ca. in archiepiscopatu. ⁊. C. eo. titu. l. Et si seuerior. Duz tamen hanc diminutionem uel commutationem faciat causa cognita: ⁊ in ipsa sententie ꝓlatione ⁊ non post. Secus autem si faceret non causa cognita vel post sententiam: quia tunc non posset. Et in hac causarum cognitione habetur consideratio locorum ⁊ temporum personarum et cause: ac etiam multitudinis ⁊ etatis ⁊ scandali. Nam ex istis omnibus rigor iuris mitigatur: ut colligitur manifeste: extra de senten. excō. pueris. Et. lxxxvj. distinct. tanta. Et. l. dist. ut constitueretur. Et. ij. q. i. In principio. Et extra de transac. ca. ultimo. Item causa cognita ex predictis causis ⁊ iuribus poterit penam augmentare: ⁊ etiam quia multis crassantib⁹ uindicta opus est. ff. ò pe. l. aut facta. Nota etiam q arbiter potest leges transgredi p legem de arbitris. l. Qualem. Si autem non est determinata a lege pena: tūc imponitur arbitrio iudicātis. ff. de pe. l. hodie. Et extra de offi. dele. c. de causis. In bonis uidetur idem dicendum quo ad deum siue meritum. Hoc est q uoluntas bona cum opere exteriori subsecuto tunc habet suam plenam perfectionem. Unde ⁊ ad maiorez remunerationem. Et hoc est quod dominus requirit dicens Math. vij. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit i regnum celoruz: sed qui fecerit uoluntatem patris mei. Primum enim domine refertur ad uoluntatem siue ad affectionem: quia quis uult bonum. Secunduz domine refertur ad locutionem bonam. Sed tertiū refertur ad exteriorem bonam operationez: que exigitur cum adest possibilitas: ut supra dictum est. Comparatur enim mens seu uoluntas bene dispōsita bone arbori. de qua christus dixit i. d. ca. q fructus bonos facit: non flores tantū affectionem: nec frondes tantum uerborum: sed ⁊ fructus exteriorum bonarum operationum. Flores enim si pulchri sint: non tamen pascunt. Unde de uota anima dicit in Canti. Ueniat dilectus meus in ortum suum. i. in mentem suam: ut comedat fructum pomorum suorum: non flores dicit. Lustodiendi tamen sunt ne pereant uel destruātur: quia ex floribus sequuntur fructus: Juxta illud Eccle. xxiiij. Flores mei fructus honoris ⁊ bone statis. Et propterea dicit sponsa in Canticis. Lapite nobis uulpes paruulas: id est temptationes seu cogitationes fraudulētas sub specie boni sub intrātes: tūc sūt paruule. i. i ipo ꝓncipio occurrūt

¶ qñ opa et uolūtas sūt separate in tēporibus diuīsis nec sunt duo bona uł duo mala.

¶ pena ē mīn ad malū cuitādū.

¶ pena qñ mutare nł mitigare pt.

¶ pena qñ pt mutare uł mitigare.

¶ pena nō mutare pt post sñiaz.

¶ hic ē uolūtas nō opa.

¶ figū.

¶ opa bona et nō uba sic̄ opa ad salutē ḡstiū

Capitulū Decimūquartum

Sequitur in textu: que demoliuntur uineam nostram. i. flores eius. Unde ⁊ sequitur. Nam ⁊ vinea nostra floruit. Similiter etiam frondes arborum non pascunt homines: quāuis aliquādo medicinalia sint: propter quod dicit Apoca. ultio. Folia eius ad sanitatem gentiū. Sic ⁊ bona ṽba: quāuis auditoribus plerūq; prosint. Si sint sine fructu operū: prosunt qñq; auditoribus: sed non pascunt spiritualiter facientem uel ipsum deum. Unde in figuram: cum semel dominus iesus xp̄s esuriens ad arborem fici accederet: q; nō inuenit ibi fructus sed tm̄ folia maledicens subito exsiccata est Math. xxi. Ad significandū: q; qui habēt tantum uerba ⁊ non facta: a deo reprobant. Requiritur ergo ad bonitatem arboris: ut producat non solum flores bonarū voluntatum seu desideriorum ⁊ frondes salutarium locutionum: sed ⁊ fructus etiā bonarū operationū. Unde Jaco. in sua epistola cano. Ostende mihi fidem tuam ex operibus: Et quales sint fructus boni ꝓducti ab arbore bona. oñdit p̄s. cum ait. Erit tanq̄ lignū quod plantatum est secus decursus aquarum: q̄ fructū suum dabit in tempore suo. Ubi tria possunt notari.

Primo dispositio laudabilis ex parte sui signat ibi. Erit tanq̄ lignum.

Scōo infusio gr̄e optabilis ex parte dei insinuat ibi. Q̄ plantatū est secus decursus aquarū.

Tertio opatio imitabilis ex parte futuri demonstratur ibi. Quod fructū suū tc̄.

Quantum ad §. V.

primuz lignū appellat hominē rationalē. Unde homo grece dicit antropos. i. arbor reuersa. Nā vbi arbores irrōnabiles habent radices in terra ⁊ ramos uersus celum. arbor rōnalis. i. hō econuerso situatur. Nam caput cū capillis q̄ ē quasi cippus cuz radicibus est uersus celum: ⁊ brachia cum manibus tibie cuz pedibus ⁊ digitis: q̄ sunt quasi rami ⁊ ramusculi: sūt uersus terrā: ut sciat ⁊ considerat se ex ipsa sui dispositione corporis: mentez ⁊ cogitationes habere ad celestia. Juxta illud. Os hominum sublime dedit. i. faciem celū que uidere iussit. Ac etiam dum conuersatur in terra: multiplicāe bona opa ieiuniorū: oronū: elemosinarū: ⁊ ⁊ huiusmodi. Juxta illud Eccle. ix. Quodcūq; pōt manus tua instāter operare: q; nec opus tc̄. Plantatū est autē tale lignum secus decursus aquarū. quo ad scōm. Cū uidelicz est circūdatus aqua diuine gratie: que multiplex est in effectu ⁊ currens: quia habētē facit ꝓmpte opari. Juxta illuc Ambro. Nescit tarda molimina spūssancti gratia. Dec̄ aqua ō qua dñs dixit sāmaritane. Dis qui biberit ex aqua quaz dabo ei nō sciet Jo. iiij. s. terrena ea inordinate amādo plusquam deum et merito: quia ex hac aqua procedit triplex alia aqua. s. sapientie: penitētie: ⁊ patientie: que mirabiliē ifficiunt. Et de aqua sapientie dicit sapiēs ō iusto habente gratiā q̄ dns aqua sapientie salutaris potauit illū. Dec ita refi cit mentē gustu diuinorū in meditando: i legēdo: in audiēdo: q̄ ut dicit Bern. Gustata suauitate spiritus: quod fit p̄ sapientiā desipit dis caro. De aqua penitentie seu lachrymarū dicit p̄s. Flauit spiritus eius. i. gratia spūssancti in mente: ⁊ fluēt aque lachrymarū quibus peccata purgantur sm̄ Criso. de pe. di. j. Lachryme lauāt delictū. De tertia aqua dicit figurate Exo. xij. Aque erāt eis ꝓ muro a dextris ⁊ a sinistris. Sic̄ aqua refrigerat ita patiētia sup dia alia a dextris. i. aduersis spiritualib': ut tēptationibus ⁊ angustijs ⁊ a sinistris. i. aduersis tēporalibus: ut pauptate: fame: siti: frigore: infirmitate. In omnibus his qui patienter fert non posset habere melius refrigerium in aia ⁊ etiam quo ad corpus multum mitigatur pena. Et hoc patet ex martiribus: q̄ in penis gaudebāt refrigerati ex patientia. Unde quando medici nesciunt quid amplius faciant infirmo: pro ultimo remedio confortant eum ad patientiaz. Quo ad tertium lignum istud facit fructum: dicit p̄s. i. opus bonum: quia primo cum recta intentiōe. Et ideo dicit dabit fructum. Arbor enim si sibi retineret fructus in ea marcescerent: sed dando: alijs ⁊ sibi prodest. Sic mens bene disposita ⁊ ingratia fundata fructus operum suorum non sibi attribuit: sed deo: ab eo recognoscēs. Nec sibi tm̄ laborat sed ⁊ proximis suis: ⁊ sic dat fructum nō retinet sibi. Secundo operatur cuz ratione. Unī dicit: dabit fructum suum. Fructus enim homis qui est animal rationale: ꝓprie est actus ꝓcedens a ratione. Ratio autem: ut dicit sapiens: semp deprecatur ad optima. i. instigat. Mala opera non sunt ꝓprie fructus hominis: sed fructus siluestres cibus bestiarum. Tertio arbor bona ⁊ rōnalis: facit opus cum debita obseruatione. s. circūstātiarum. Unde dicit. Dabit fructum in tempore suo. Nullum enim est uirtuosuz opus: nisi debitis circūstantijs vestiatur. sm̄ tho. prima scōe. Inter quas circūstantias est debitum tempus. Unde Eccle. viij. Omni negotio tempus ⁊ oppoꝛtūitas Aliqui enim nimis cito exequūtur q̄ uoluntati occurrit: non considerātes quid inde male possit contingere: quibus accidit sicut arboribus amigdolis uel alijs: que cū nimis cito incipiunt florere superueniente pruina uel nebula uel umbre amittunt flores ⁊ fructus. Alij uero nimis tardant ad exequendam bonam voluntatem: propter quod aliq̄n. uel flores desideriorū cadunt ⁊ nō reddunt fructū: ul' fruct' faciūt serotinos nimis: qui cōiter non matureſcunt: quia non sunt in tempore suo.

fugā.

oratōes

¶ hō est arbor rōnalis

¶ aḡ tm̄ est. s. sapiē. ꝓpe. et p. penne.

¶ hō dr̄ facē fructū bonū opis.

Bona igitur arbor idest bona uoluntas gratia informata: producit flores bonarum affectionum. et sic primo dicit: domine: Producit secundo fructus bonarum locutionum: et sic secundo dicit: domine: Producit tertio fructus bonarum operationum cum recta intentione: cum humana ratione: cum debita circunstantie obseruatione: Et sic tanquam lignum plantatus secus decursus aquarum: dans fructum suum in tempore suo: dicens tertio domine: Facit uoluntatem patris celestis et ipse intrabit in regnum celorum.

Quomodo a uoluntate bona non possunt procedere opera mala. Capitulum. xv.

Et uolũtate. notandum q̃ cum uere bona ẽ: producere non potest mala opera: Ad qđ facit q̃ saluator ait matt. vii. dicens non potest arbor bona fructus malos facere: Arbori hominẽ uel eius uoluntatem assimilans: Circa quam auctoritatem uidenda sunt tria.

A quo oriatur uolũtatis pbitas: qa arbor bona. Ex quo sequatur malignitatis in opere eius impossibilitas: cum dicitur: non potest.

In quo cognoscatur criminose operositatis q̃litas: ibi: fructus malos facere.

Quo hoc sic bona arbor.

Quantum ad primũ §. I.

Arbor designat dictũ: ut est hominem uel eius uoluntatem: Qui homo et eius uoluntas: tũc arbor bona est: quando affectiones et cogitationes eius tanq̃ radices fixe sunt in celo: Juxta illud ps de iusto: Plantatus in domo domini etc: Huius humor faciens fructificare est deuotio: Stipes recta congrua intentio: Eius rami robusti: potẽtie seu uirtutes in bono permanentes: Cortex autem exterior conuersatio malis resistens: Folia eius uerba rationabilia: secundum illud: Et folium eius non defluet: Flores odoriferi redolens fama. secũdum illud apli: christi bonus odor sumus deo fructus uero iuxta opera: secundum illud: bonorum laborum gloriosus est fructus. Terra in qua radicatur humilitas. Dicitur autem humilis quasi terre accliuis: Radius solaris reuerberans arborẽ et fructus maturans et suaues faciẽs. est gratie lumẽ: Aqua irrigans: doctrina scripture: secundum illud: Aqua sapientie salutaris potauit illum: Oñ igitur ista concurrunt: nulli dubium q̃ arbor est bona: homo scilicet et uoluntas eius: Permaxie autem ad hoc ut uoluntas significata per arborẽ sit bona requiruntur duo secundum. b. tho. sup secundum sen. dis. xl. Primum est intentio finis boni. secũdũ ẽ electio eius qđ est ad finẽ ut. s. sit bonũ idest ad hoc ut uoluntas sit bona oportet q̃ uolũtas uelit bonum: et propter bonum: Et si utraq; bonitas in uoluntate fuerit scilicet bonitas intentionis que est respectu finis: et bonitas electionis: que est eius quod est ad finem tunc semper erit uoluntas bona: et actus exterior semper erit bonus: qui dicitur fructus. Et sic permanens bona arbor fructus malos facere non potest. Et de hac arbore bona et copiosa et fructuosa: potest exponi moraliter uisio nabuchodonosor: quam habuit de arbore ut habetur Dañ. iiij. Videbam et ecce arborẽ in medio terre etc: Ibi uide historiam: Ubi possunt tria notari de homine uirtuoso.

Tertio fit quis maculatus agens contra hoc preceptũ p viciũ sodomiticuz. De quo apostolus ad Ro. primo. Tradidit illos deus: id est tradi pmi sit in passiones ignominie. i. vicia innominãda: Nã femie eoz ĩmutauerũt nãlẽ usũ in eũ q̃ ẽ cõtra

f luxurie primi mlier maculat q̃drupl'r.

nām. Silr ⁊ masculi relicto nāli vsu femine: exar serūt in ꝯcupiscētijs suis subinuicē masculi i ma scłos turpitudinē opātes. Et ad quātā mala tales postea ocueniāt subdit apłs dicens. Tradidit eos dñs in reprobū sensū. i. tradi pmisit repletos oīmi iniqtate: malicia: fornicatōe: auaritia: neqcia ⁊c. Et ad hoc ēt ptinet vxore vel alia femina abuten do extra vas debitū. Unī Aug. xxxij. q. vij. Adul terij enumerat qbusdā spēb' luxurie subdit. Do rū oīuz pessimuz ē qō ē cōtra nāz: vt si vir mēbro mulieris ad hoc ꝯcesso vti voluerit: ⁊ iste vsus cō tra nāz execrabilis sit in meretrice: execrabilior in vxore. hec ille. Et dicit tale viciū pessimū: qz ōstru ctiuū hūani generis. vñ dr de sodomitis: q erant pessimi corā dño: qs deus igne ⁊ sulfure cōsūpsit. ⁊ ciuitates subuertit: vt pz Gen. xix. Et sm leges tales debēt decapitari. Et mediatores huiusmōi: vt. C. de penis. l. Qui abducto. Quarto fit quis maculat' cum aialib' brutis cōmiscēdo: exo. xxij. Qui coierit cū iumēto morte moriat. Et leui. xx. Mulier q accesserit ad oē pec' ⁊ vult ascendi ab eo interficietis mulierem ⁊ pecus morte moriat. Pecora inde credendū est iussa interfici: qz tali fla gitio ꝯtaminata idignā refricāt fēti memoriā. xv. q. j. Mulier. Cōtra istud ꝯceptū etiā facit qui cū vxore vł alia extra vas debitū fūdit semē: ne. s. ge neret: ⁊ in scandalū oriat: vel ne grauet in alendo filios paup exns: in qō viciū incidētes her ⁊ onā filij iude mala morte subito pieīt: Gen. Sed ēt cū vxorē suaz quis debito mō cogscit cā delectatiōis vltra limites mēimonij. i. tāta ꝯcupia ductus vt ēt si nō eēt vxor eā vel aliā mulierē cogscēt: vt sat facēt voluptati sue: sm tho. i qrto peccat mortalr Et de tali dr intelligi illud sexti philosophi: qō in ducit Dier. xxxij. q. iij. Origo: dicēs. Dis i vxorez suā amator ardentior adulter est. De mōis ātē ide bitis in vsu matrimonij fuato tñ debito vase: de se nō est mortale sm Alber. sz pōt eē mortale ex i ordinatione animi. De oibus his spēbus luxurie: ⁊ de nocumēti eoꝝ hēs diffuse i. iij. pte. ti. j. p totū

Septimū ꝯceptū. §. xi.

decalogi ē. Nō furtū facies. exo. xx. Sup q Aug. Furti noie bene intelligit ois illicita vsurpatio rei aliene. nō. n. rapinā pmisit q furtū ꝓhibuit: sz furti noie in lege ve. testa. ⁊ rapinā itelligi voluit. Ap te eni totū significauit qcqd illicite rez ꝓximi au ferē. xiij. q. v. pena. Nec ꝓpterea excusarē quis a furto: q auferret a primo: vt idigētib' subueniret sibi vel alijs nisi i extrēa ncitate essent: ⁊ nō iueni rēt subueniētē. Unī Aug. Forte aliqs cogitat ⁊ di cit multi sūt xp̄iani diuites: auari: cupidi. nō hēo pcīm: si ill' abstulero ⁊ paupib' dedero. Unī illi nil boni agūt: mercedē hīe potero. Sz huiusmōi co gitatio diaboli calliditate suggerit. Nā si totū tri buat addit potius pcīm q̄ minuat. xiij. q. v. fōte. Et p totā illā. q. Nec ēt sumēdū ē exēplū furandi ab israelitis: q accipiētes sub mutuo ab egyptijs va sa aurea ⁊ argentea spoliauerūt eos. Quia vt dicit Aug. Israelite furtū nō fecerūt: sz deo iubēte hoc mi nisterū prebuerūt. xiij. q. v. dixit. Nō q furtū fa cies. Fit ātē. iij. mōis ꝓtra istud ꝯceptū: p iniustā rez acqsitionē: p praua ad hoc opatōem: p iiquā retentionē: p indebitā distributōem. Quātuz ad pmū. Multis modis qs acqrit bona tpralia i iuste. Primo occulte aliena accipiendo ēt i uētis: Sz vt dī eccī. v. Sup furē ē opprobriū ⁊ pfusio. Scōo per rapinā manifeste ⁊ per vi capiēdo: ⁊ hi nō sūt solū latrones i stratis: sed ⁊ etiā pncipes et cōitates vsurpantes iniuste ciuitates ⁊ castra sine iusto titulo: vel ēt facientes exactiones indebitas a subditis: i gabellis pedagijs: ⁊ collectis. Ezechi. xxij. Principes ei' in medio ipsius q̄si lupi rapien tes pdā. Uel ēt cū faciūt leges iniqs ad lucrandū. Isa. x. Ue q̄ pdūt leges iniq̄s: ⁊ scribētes iniusticias scripserūt: vt opprimerēt in iudicio paupes: ⁊ viz facerēt cāe humiliū ppli mei ut essent vidue pda eoꝝ ⁊ pupillos diriperent. Tertio p fraudulē tiā mltiplicē. In quantitate dando diminuta pō dera ⁊ mensuras rerum. In qualitate praua pro bonis vendendo in iusto precio. In substātia ven dendo vinum limphatuz p puro: vnum metallū p alio. Carnes pecudinas pro castrato: aromata vnius speciei p altera. Amos. viij. Audite q cō teritis pauperē ⁊ deficē facitis egenos terre: dicētes: qñ trāsibit messis ⁊ venundabimus merces ⁊ sab batū: ⁊ apiemus frumētū vt diminuam' mēsuram ⁊ siclu augeamus: ⁊ supponamus stateras dolo sas: vt possideamus in argento egenos ⁊ paupes p calciamētis: ⁊ dsq̄lias frumenti uendamus.

Quarto fit cōtra hoc ꝯceptum p vsurā. s. p mu tuo pecunie vel rez q̄ vsu cōsumūtur vt victuali um accipiendo aliq̄d vltra capitale hec dī vsura: vt pz. xiij. q. iij. usura. vnde ps. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā: hic requiescet in monte sancto dei. s. glorie superne. Qui aūt eam facit non illic habitabit: sed i inferno. Quinto fit contra hoc ꝯceptum p sacrilegium: idest iniustā acceptionem rerum ecclesie. Hiero. Amico quippe rapere fur tum est: ecclesiam fraudare sacrilegium. xij. q. ij. Gloria. Sexto per iniusticiam iudicum seu of ficialium dantum iniquas sententias: vł ex tiore vel ex amore vel cupiditate vel odio vel notabili ignorantia. Isa. quito. Justificatis impium pro muneribus: ⁊ iusticiam iusti aufertis ab eo. Isid. cito violat auro iusticia. xi. q. iij. pauper. Septi mo per variam damnificationem vt in incendijs: deuastationibus agrorum ⁊ castrorum in bellis iniustis in mutilationibus: occisionibus: fallis ac cusationibus: testificationibus: ⁊ instrumentis.

Et hi oēs nō solum peccāt mortaliē agentes ꝓtra hoc ꝓceptū: sz ēt tenēt ad restitutōez ꝑdictoꝝ. vñ aug. ad macedoniū. Qui ꝓtra iusticiā hūanę societatis furti. rapis: calūnijs. oppꝑssiōib⁹. iuasiōib⁹. aliq̄ ab stulerit: reddēda potiꝰ q̄ donāda cēsēz: zachei publicāi exēplo. xiij. q. v. Nō sane i fine. Qui zacheus dixit xpō itrāti domū suā. Si q̄d aliquē ꝺfraudaui reddo q̄drupl'. lu. xix. Sz acq̄sitio ēt ꝓ simoniā: ludū: vel aliud turpe lucrū: q̄si furtū cēset: nō q̄dē restituēdū dāt⁹: sz pauperib⁹ erogādū. Alliq̄ de nccitate vt i simōia ⁊ ludo: aliq̄ ex honestate: vt i meretricio ⁊ huiusmōi. arg. xiij. q. v. Qui hē tis ⁊ ca. nō sane. Qui āt ꝓ simoniā l' itrusiōez ⁊ ñ canōicā istituōez icipit l' tenet bñficiū eccl'asticū: furatur oēs fructꝰ quos pcipit. Joh. x. Qui non i trat ꝓ hostiū: sz ascēdit aliūde: ille fur ē ⁊ latro.

Scdo fit ꝓtra istud ꝓceptū ꝓ prauā coopatōez ad talia acq̄sita illicita: etiā si nihil ipe inde pcipiat: vt ꝓsulendo: psuadēdo ipando. ⁊ hmōi. ad. ro. i. Digni sūt morte nō solū q̄ faciūt: sz qui ꝓsētiunt facientibus. Et nō solū peccāt mōtal'r: sz etiaz tenēt ad restitutōez dānoꝝ ⁊ ablatoꝝ: q̄ñ tal' coopatio fuit q̄ sine ea nō fuissz facta rapia ul' furtū: vsura vl' dānū. ij. q. i. notū i fi. Faciētē ⁊ ꝓsētiētē par pena ꝓstrgit: qđ itelligit de ꝓsēsu coopatōis: sine q̄ ñ fieret malū i glo. Et ad hoc facit qđ dicit extra de iniu. ⁊ dā. da. ca. vlt. q̄ occasionē dāni dat dānū q̄ ꝺs dedisse vī. Et in puer. vulgart dicit. Tanto fachi. tiene el sacho: quanto qui unuola. Si autē nō ita coopati sunt quin etiā sine eis fieret dānū: peccant quidē grauiter. sz nō tenēt ad restitutionē nisi q̄tū pueniſſet ad eos de furto uel rapia ⁊ huiusmodi. Uel in q̄tū ex suo cōsilio uel alia coopatōe plus dāni fuisset factū scōm. Tho. in quarto et alber. Unde Jsa. i. Principes tui infideles socij furꝝ. oēs dilīgūt munera: sequūt retributōes. ⁊ p hmōi coopant rapis alioꝝ. De restitutōe ⁊ mō ē hēs diffuse in. ij. pte. ti. ij. p totū. Tercio fit furtū p retētōez rei aliene ꝓtra uolūtatē dñi sui: apls ad ro. vij. Reddite oībus debita: et infra. Nemi q̄cq̄ debeatis. Qui eni detinet rez alīus ꝓtra uolūtatē ei⁹ vtiq; facit ei iuriā: q; impedit eū ab vsu eius: nisi hoc facēt ad horā: ad obuiādū malo: puta cū nō reddit gladiū suū furioso: postulāti eum ab eo penes quez depositū: ⁊ hoc ne se uel aliū le dat: hoc eni licitū ē. Facē aūt iniuriā, ꝓximo hoc ē pcēz: qđa ꝓtra iusticiaz: ñ aūt licz nec i modico i pcō mōari. sz subito debz egredi. Juxta illud ecci. xxi. Quasi a facie colubri fuge pcēm. Qui aūt detiet alienū ꝓtra uolūtatē dñi moratur i pcō: ⁊ sic sēp auget pcēm. Et quotiēs mēti occurrit se detinere alienū et ꝓponit retinē et nō reddere: tociens de nouo peccat mortal'r: et penitē nō pōt: nec absolui. Unde aug⁹. Si res aliena ꝓpter quā pcēm est ēddi possit: ⁊ nō reddit: pnia nō agitur sz sil'atur. Si aūt veracit agit: nō remittit pcēz nisi ēstituat ablatū si restitui pōt. xiij. q. vi. Si res. de re. iur. li vi. Quāuis g̃ qs nō accepit ipe p furtū ul' fraudulentiā ul' usurā sacrilegiū ⁊ hmōi: sz pī ul' alij ꝓsanguinei ul' amici. Si tñ ad eū puenit hēditas: tenetur illa restituere in quantuz suffit hēditas. Jdē ꝺ legatis qñ nō suficceret hēditas. extra. de usuris. michael. Quarto fit ꝓtra hoc ꝓceptū p indebitam distributōez. Apls. i. ad cori. ij. Hic iā q̄rit inter dispēsatores: vt fidel' qs inueniat. Eccl'arum ꝓlati sūt dispēsatores rez eccl'e: potiꝰ q̄ dñi. Unde aug⁹. Nō illa nīa sūt quoꝝ ꝓcuratōez quodāmō gerimus: ut ꝓprietatez nobis dānabili usurpatōe vēdicem⁹. xij. q. i. §. vltio: Ubi dicit glo. q̄ ꝓlati si bene admīstrant loco dñorū sūt: si male loco ꝓdonū. ff. ꝓ emp. l. qui fūdū. §. si tutor. Eccl'a. n. tenz locum pupilli: ⁊ prelatus locum tutoris. Sicut g̃ tutor si male admīstrat dilapidando bona pupilli vt fur hēt ita: ⁊ ꝓlat⁹: dū ꝓmittit ōstruē bona ecclesie: vl' usurpare: vel indebite alienat: ⁊ tenēt satisfacere. Si ēt expendit in malos usus: dando siue necessitate ꝓsanguineis vel ꝓuiuꝝ: ludis: canib⁹: ⁊ turpibus ꝓsonis exponit: qđ ꝺz dare paupibus quasi furat. Nec dubiū q̄ mortaliē peccat. Utꝝ āt teneatur ad restitutionē: vide. j. i. ij. pte ti. ij. Qui ēt hñt aliq̄ pauperibus vel ecclesijs distribuere: vt hospitalarij ⁊ societates laicoꝝ: si nō fideliter faciunt: si nō indigentib⁹ tribuūt: furtū ꝓmittunt. Religiosi qui ꝓpriū tenēt vel extra cōuentū sine licentia ⁊ rōnabili cā bona distribuunt furtuz cōmittūt. Seculares de bonis ꝓprijs ñ dantes elemosynas indigentibus quos sciunt: cum decentez pñt: furtum faciunt: ⁊ non teneantur ad restitutionē. Unde Ambro. Esurientium ē panis quem tu detines. Nudorum vestimentum qđ recludis. Captiuoꝝ pecunia quam in terra defodis. Tāto rum g̃ te scias inuadere bona: quanti possis pstare qđ uales: di. xlvij. Sicut hi. Contra oēs fures dī Jsa. xxxiij. Ue qui predaris: nōne ⁊ ipse preda beris. cū cōsūmatus fueris depredationem: ⁊ ipse ꝑdaberis: vel substātiā vel aiam. Et vt dicit Th. in tractatu de. x. ꝓceptis. Nullum peccatū ē quasi piculosius isto. Nam de alijs pcīs hō dolendo ⁊ cōfitendo saluatur: sz de isto ꝺz q̄ ēt satisfiat de alieno ablato si potest: als nil valet penitentia: sed nimis difficile vī hoibus exbursare pecuniā ⁊ restituere: ⁊ facilius inducuntur ad dandum elemosynas vel faciendū ecclesias ⁊ hospitalia: q̄ ad restituendu: qđ nō sufficit. Et ideo bene dī abacuch ij. Ue bis qui ꝓgregant nō sua vsq̄q̄ aggrauāt cōtra se densum lutum. De denso luto difficile exit. Achor q; furatus est: ⁊ tulit de bonis hiericо cōtra ordinationē dei: lapidatus est a toto populo. De singulis modis furti que sūt spēs auaricie habes diffuse i secūda parte titulo ꝓmo.

Octauū p̄ceptū .§.XII.

est. Nō loqueris ꝓtra ꝓximū tuū falsū testioniū. exo.xx. inter oia aialia soli hoī datū ē loq vt ꝓcep tū sue mētis possit alteri manifestare: pp q̄ dicit phūs: q̄ ea q̄ sūt i voce sūt note eaꝝ que sunt i aia passionū. Q̄ g̃ aliq̄s sciēter falsū dicat abutit lin gua: nec ē sine pcō: ēt si faciat ad bonū ꝓseq̄nduz vel malū vitandū: q̄ nō sūt mala facienda vt vēi ant bona: ait ap̄s ad ro.iij. Et Aug. Ad salutem sempiternaz nullus ducenō ē opitulante menda cio.xxij.q.ij.ꝑmū. Est āt vitandū mendaciū ꝓpt̄ tria. ſm Tho. i dicto tractatu. x. p̄ceptoꝝ.

Propter diaboli assimilationem.

Propter societatis dissolutōem.

Propter fame amissionem.

Primo ꝓpter diaboli assilatōem. Efficitur. n. mēdax silis diabolo: q̄ ipse: vt dī Joan. viij. men dax est ⁊ pī eius. Ipse inuenit primū mendacium cū dixit p̄mis parētibus. Nequaq̄ moriemini ⁊c̄. Sen̄. iij. Ambro. Oēs qui dicūt mdaciū filij sunt diaboli. xxij.q.v. Cauete. filī āt silis ē pī. Scdo mendaciū vitari ꝺz ꝓp societat dissolutionē. Dō .n. nālit ē aial sociale seu pollticū cū alijs viuēs: Sed male possent hoīes inuicē cōuiuē: si hoies hē rent semper dubitare de vbis alioꝝ. Uñ ap̄s ad Ephe. iij. Deponētes mendaciū loq̄mini vnusq̄s q̄z vitatem cū ꝓximo suo: q̄m sum' inuicē m̄bra.

Tertio ꝓpter fame amissionē. Dō. n. q̄ assue scit mēdacijs: nō credit ei cū vitatē dicit: ⁊ p̄cipue i viris spūalibus: dñis. plat̄is multū reddit ifameꝫ mendaciū. ecci. xxxiij. ab ūmūdo q̄s mūdabit: ⁊ a mendace q̄d verū dicet. q.o. nullū. Et hoc pcām est cōtra vel ꝓter istud p̄ceptū ſm magistrū i. iij. ſñiaꝝ li. o. penultia: nō loqueris cōtra ꝓximū ⁊c̄. Uñ ps. Insurrexerūt in me testes iniq̄: ⁊ mentita: est iniq̄. si. Proprie ⁊ pricipalit loquit de xpo: con tra quē dixerūt duo falsū testimoniū. Quadruplr g̃ fit ꝓtra hoc p̄ceptū ſm Tho. vbi supra.

Per falsā in iudicio ꝓbationē.

Per variā de alio detractionem.

Per mēdacem in sermone locutōem.

Per noxiā de prelato murmuratōem.

Quātū ad ꝓmū cū aliq̄s i iudicio aliquē accu sat falso vl testificat: exp̄sse agit ꝓtra istō p̄ceptū: ⁊ tenet ei de oi dāno. Et si deficēt in ꝓbatōe iustie ret penā talionis. ij. q. iij. ꝑ totū. Sic illi duo p̄sby teri accusātes ⁊ testificantes ꝓtra susānā de adul terio: q̄ cōuicti sūt a daniele falsū dixisse testimo niuz: lapidati sūt a pp̄lo. Dañ. xiij. Illi āt duo te stes q̄ testificati sūt ꝓtra xp̄m falsum: cū ñ cōueni entia essēt testimonia eoꝝ: nō tñ pauiti sūt vt meī bant: nec ꝓbare potuerūt suā falsitatē. ſ. xp̄m di xisse: possū destruē tēplū hoc ⁊c̄. Et sic isurrexerūt testes iniq̄. Scdo loq̄t q̄s falsū testimoniū ꝓtra ꝓximuz cū ei detrahit dicēdo aliq̄ crīale ō alio ī abñtia ei' q̄ ō ñ ē verū l' si ē vez cū sit illud occultū alijs manifestat ad denigrādā famā ei' q̄ vtiq̄ ē mortale ſm Tho. ſa fe. vñ ecēs. x. q̄i si ꝓpens mor deat in occulto: sic qui occulte detrahit ꝓpens co medit terrā. i. detractor pascit defectibus alioruz narratis. Serpens vī incedere per viā viā ⁊ subi to inpceptibiliter voluit se ad aliā. Sic detractor incipit bona dicere de aliquo postea vtitur aduer satiua cōiunctōe. Sed cū sūma iniquitas ē fūbus detrahere. vñ dī. vj. q.j. Et deteriores sunt qui vi tam moresq̄ bonoꝝ corrūpūt his qui substātias alioꝝ p̄diaq̄ diripiūt. Laueat vnusquisq̄ ne aut linguā aut aures hēant p̄rurientes: ne. ſ. aut alijs detrahat: aut detrahentes audiat. Sedens inq̄t aduersus frēz tuū loq̄baris. ſ. detrahēdo ⁊c̄. Par cant omnes detractores linguc: custodiantq̄ ſmo nes suos. Et sciant cum de alijs loquūt: sua sēten tia iudicabunt. Nemo inuito auditori libēt loq̄t. Hec Adrianus. vj. q.j. Ex merito. vñ ⁊ ꝓuer. xxv dī. Uentus aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristiꝫ linguam detrahentē. Et tenetur talis restituei fa mā ablatā ꝓut potest: non tamē ꝺz illi notificare vt simplices dicūt: nec habeo petere veniam de q̄ malū dixit: nisi certus essz: q̄ sciret. Nam hoc eēt scandalum in illo gnāre: hec cōtra se pericula inci tare. Si autem malum de aliquo quis dicit falsū vel vez in sui p̄tia: hoc pertinet ad contumeliā. Et tunc tenetur petere veniā ab eo: ⁊ coram illis dicere se falsum dixisse si falsum dixit. Nō g̃ detra hendo falsū testimoniū loqueris. Tertio p men dacem locutōez. Osee. iij. Non est veritas i terra: non ē mīsericordia: sed furtum mendaciū maledic tū inūdauerūt. Uñ hiere. ix. Docuerūt linguam suam loqui mendacium. Sed os q̄ mentit: dicit sapientie primo: occidit animā. Non occidit autē aiam. ſ. priuando gratia: nisi peccatum mortale: g̃ vī mortale. Q̄ō vum est: sed nō semp. Mentiri in his que sunt fidei: ⁊ moruz qui sunt necessarij ad fidē: mortale est: ⁊ ꝓtra hoc preceptū: q̄ō preci pue pertinet ad prelatos: magistros: p̄dicatores: ō quibus. ij. pe. ij. Erūt in uobis magistri mendaces q̄ introducent: sectas perditionis. Et aliq̄ talia di cunt vt videantur scire: Isa. lxvij. Super quē lusi stis super quē dilatastis os ⁊ eiecistis linguam. nū quid non vos filij celesti semen mendax: Similit mentiri in notabile dānū ꝓximū spūale vel cōpo rale: mortale est. Ul' etiam cum quis vtitur mēda cio in confessione de mortalibus precipue: vel i iu dicio interrogatus iuridice. Et de his intelligitur auctoritas predicta. Os q̄ō mentitur ⁊c̄. In alijs casibus loqui mendacium non est ꝓtra: sed ꝓter istud p̄ceptuz. Unde ⁊ veniale a quo etiā abstinē dum. Ad col. iij. Nolite mentiri inuicem: ⁊ aliq̄n quis mētitur pro salute alioꝝ. Sed dicitur Job

xiij. Nūq̄d de⁹ nō indiget nīo mēdacio. Aliqñ ex falsa hūilitate: dicens aliq̄ malū de se q̄ nō est: uel negans bonū quod in esse scit. De q̄bus. aug⁹. Incauti sūt humiles q̄ mēdacio se illaq̄ant. xxij. q. ij. Aliquādo ex vēcūdie leuitate. Ut cū quis credit verū dicere ⁊ dicit falsū: posta aduertens uere cōdatur illud retractare. Aliquando istud posset esse mortale. ecclesiastici. iiij Nō ꝓtradicas uerbo vitatis vllo mō. Aliqñ ex vtilitate: vt. s. aliq̄s ꝓseqūtur vel malum euitet. Isai. xxviij. Posuimus mēdacium spem nostraz: ⁊ mēdacio ꝓtecti sumus. Aliquādo ꝓpter cōmodū alterius. Eccī. iij. Nō accipias faciem cōtra faciez tuā nec aduersus aiaz tuam mēdaciū. Aliquādo ꝓpter ludū q̄ō ⁊ pcām est ſm. Aug⁹. Ab omni ergo mēdacio cauendū ē: ſm illud Isido. Omne genꝰ mēdacij sūmope fuge nec casu nec studio loquaris falsū. xxij. q. ij. Non loquaris. Quarto ꝑ murmuratōez. Frequēt subditi murmurāt de plātis: cōquerētes de eis q̄ male tractant et gubernāt eos. Sed vt dicitur sapiēcie primo. Custodite uos a mumuratōe que nihil prodest: imo multū nocz: q⁹ ꝑturbat totū collegiū: ⁊ ducit alios ad filia. i. cozꝛ. x. Nec murmuraueritis sicut q̄dā eoꝝ mumuraueruīt: ⁊ a serpētibus pierūt. oīs. xc. Alienus sit a fratꝛ vnitate q̄ murmurauerit. ⁊c: Maria sozor aaron quia mumurauit contra. Moisez: pcussa ē lepra. De his vicijs. s. detractōe: cōtūelia: mēdacio ⁊ murmuratōe: diffuse habes infra in secūda parte.

Nonū ꝑceptū §. XIII.

est. Non ꝓcupisces rez ꝓximi tui. ⁊c. exo. xx. Post ꝑcepta q̄bus ꝓhibētur exp̄sse pcā oris ⁊ opis ponūt ea que ꝓhibent pcā cordis: cōcupiaz. s. seu desideriū. Ista enī ē dria: ut dictū ē supra: inter legez diuinā ⁊ hūanā: q⁹ humana solum iudicat de pcīs oris ⁊ opis: nō aūt de pcīs cordis. Lex aūt diuina iudicat de occultis cordis pcīs: ⁊ oñdit ea esse puniēda. Crisoˢ: Deus nō ex opibus tm̄ iudicat sz ex cogitationb⁹ ⁊ ex corde. xxij. q. v. Juram̄ti. Et ratō ē vt dz. i. regū. xvi. quia homies vident que foris apparent: deus aūt intuetur coꝛ. Cū etiā dicit: q⁹ lex vetus cohibz manū nō aiaz ut noua: non sic intelligēdū est quasi lex vetus nō ꝓhibeat pcā cordis: q⁹ huius ꝓtrariū apparet i isto ꝑcepto: sz iō dicitur cohibē manū non aiaz: quia non puniebat pena tpali seu corꝓorali pcā cordis et malas cōcupiscētias: sicut pcā operis ꝓhibita ꝑ precedētia ꝑcepta. Et vt dicit aug⁹. Bona est lex scz ista que oū ꝓcupiaz ꝓhibet omne malū prohibet extra de. consti. nam ꝓcupiscētiā. Concupia enī mali: est radix omnis mali ⁊ principiū. Nisi ei q̄s ꝓcupiscerz malū nō faceret. Unde. Math. xv. Et corde exeunt cogitatōnes male: homicidia. adulteria. ⁊c. Et hec sūt q̄ coinq̄nant hoiez. Et q̄tū ad cōcupiscētiaz rez ō qua hic dicitur: nō ꝓcupiscas rem ⁊c. dicit ps. Rapinas nolite ꝓcupiscē: diuitie si affluant: nolite coꝛ apponere. Propter quatuoꝛ aūt rationes debet quis abstinere ab ista ꝓcupiscentia. ſm. tho. in tractatu de decez ꝑceptis

Propter ꝓcupiscentie infinitatem.

Propter inquietudinis anxietatem.

Propter iusticie contrarietatem.

Propter substantie inutilitatem.

Quantū ad primū sciendū q⁹ cupiditas seu ꝓcupiscētia habet quandā infinitatē. Quilibz aūt sapiēs debz intendē finez aliquē i suo facto. Nullꝰ eni debet ire ꝑ viam infinitaz. Concupia aūt rez est infinita. Unde dicit eccs. v. Auarꝰ nō ipletur pecunia. Et ambro⁹. Nec finis nec satietas vnq̄ aderit cupiditati. di. xlvij. sic hi. Et Isa. v. dicitur. Ue qui ꝓiūgitis domū ad domū ⁊ agrum agro copulatis ⁊c. q. o. Nunquam potestis finem ponere vestre concupie rerum. Ratio huius est: quia coꝛ humanū est factum ad recipiendū deū ꝑ grām: ⁊ postea ꝑ gloriaz. Et ideo quicq̄d habeat mīn⁹ dō nō pōt finire desiderium eiꝰ. Ipe eni maioꝛ ē oī re. ps. Qui. s. deus replet in bonis desiderium tuuz.

Secundo debet caueri ꝓcupia ꝓpter inquietudinez quam habz in se. Quilibz naturaliꝛ appetit quietez: quia hoc ē valō delectabile cuilibz. Sz cupiditas facit hoies semp inquietos pūctōibus solicitudinū. Unde ꝓpantur cupidi terre spinose que seminata vbo dei: suffocatur a spinis crescēti bus solicitudinū rerum: ut dicitur luce: viij. Sēp eni cupidi sunt solliciti: non habita acquirere: acq̄sita custodire: ⁊ augere ipa non amittere. Eccs. v. Saturitas diuitis nō sinit dormire eum. Math. vi. Ubi est thezaurus tuus ibi ē coꝛ tuū. Ambro. Mens auari vinculis cupiditatꝫ astricta: semp aurum videt semp argentum cogitat: semp reddit⁹ ꝓputat gratius aurum q̄ solem intuetur: ipa eius oratio a deo petit aurū. di. xlviij. Sic hi. Tercio ꝓpter iusticie ꝓtrarietatem. Remota iusticia ait. Aug⁹ de. ci. dei. Quid sunt regna nisi magna latrocinia: ⁊ sic tollitur recta ꝓuersatio humana. Est autē cupiditas contraria iusticie: quia ut acq̄rat sibi cupidus facit omnē iusticiam in negociationibus: in iudicijs: ⁊ alys. Unde dicit eccī. xxxi. Qui diligit aurum nō iustificabitur. i. non faciet iusticiaz. Et de iudicibus dicitur exo. xxiij. Nō accipies munera: quia munera excecant oculos sapientū: ⁊ puertunt verba iustorum. Legit de q̄dam iudice cupido: q⁹ cū haberet quandam causam ꝑ manibus: vna pars obtulit ei pro munere vnum vitulū ut pro se sententiam daret: altera uaccam: Cum autem deberet sententiam proferre: dixit q̄ vituluz dederat. Loquatur vitulus pro me. At ille iudex respōdit. Uacca nō permutit. Voluit dicere: q⁹ quia maius munus accepat ab alio: ideo ꝓ

eo debebat dare sententiam. Quarto propter substātie seu diuitiarum inutilitatez. Nec enī sibi prosunt corpori: quia tales sustinent multa incōmoda z penurias ad conseruandū z augendum. Eccēs.v. Diuitie congregate in malū dñi sui nec aie psunt: q; cupiditas nō pmittit sibi facē elemosynas: z inde sibi querē thesauz z mansionē i celo: sm illō luce.xvj. Facite vobis amicos ō māmona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiāt vos i eterna tabernacula. Et demum ducit eū ad iteritū. j. ad Thi.vi. Qui volūt diuites fieri incidūt i tēptatiōnē z laqz diaboli z desideria multa iutilia z nociua q̄ mergūt hoīez i interitū. Et Grego. Bonoz actoī inherere nō possum' nisi cupiditatē q̄ radix est oīuz maloz radicit' euellam': di.xlvij. Triplex āt tal' cupia rez pōt esse mortale pcm. Primo cōcupiscit res tpāl' vt hēat q̄cūq; mō si pōt ō fcto: vt p furtū: rapinā: vsurā: fraudē: z huiusmodi. Et de hoc intelligit illud apl'i. Dis īmūd' aut auar' nō hz hēditatē in regno xpi z dei. Auar' q̄ auidus eris. Scdo cū cōcupiscit substātia ālena: z si p licitā acqsitōez: tñ ad malū finē: vt. s. iñ possit ludē fornicari: z alia mala facē: acqrē ide amicos ad pcurādū regnū z tirānizādū z huiusmōi. Et ō hoc eccī.x. Auaro nihil ē celesti'. hic.n. aiaz suā venalē hz. Tertio cū nimis diligit ēt iuste acqsita: adeo q; nō amittat ea parat' ē facere ptra dei mādata: vt peierare z huiusmōi. Ul'ēt ñ ē parat' subuenire in extrēa necitate idigentib' ne ea dimi nuat. Tal' pōit finē suū vltimū i trēis: q̄ ita ordinate cupiscit. Et isto mō ipossibile ē diuitē itrare i regnū celoz ait xps Mat.xix. s. ponētē finē suuz in diuitijs. Alis āt iordinate cupiscē seu amāt diuitias: citra. s. dilectōez dei vel pximi tal' cupia ē veniale. Sz vt dī hiere.vj. A maiori vsq; ad minorē: a sacerdote vsq; ad leuitā oēs auaritie studēt.

Decimū z ulti §.XIIII.

mū pceptū decalogi ē. Nō desiderabis vxorē proximi tui: exo.xx. Ut dic Joa. i pma canōica.c.ij. Oē q̄d ē i mūdo. i. in mūdanis pcōrib' aut ē pcupiscētia carnis: aut cupia oculoz: aut supbia vite: q̄d ptinet ad cupiaz honoz. Scdz.b.tho. in tractatu de.x. pceptis: duo ex his itelligit phibita p pcedēs pceptū. Naz cū dī ñ cupisces rē pximi tui: itelligit phibita cupia oculoz: cū dī. Nō domuz: intelligit phibita supbia vite seu cupia honoz. In domo.n.i q̄ ē altitudo z latitudo intelligit supbia z diuitie: z pseq̄nt dignitates z honores. Tertiū āt. i. cupia carnis hic phibet cum dī. Nō desiderabis vxorē ei': sub q̄ ēt cōprehenditur oē desiderium carnale illicitū. Sic supza sub noīe mechie icludit oē pcm opis carnalis. Sz q; hoc apparet magis de se esse iniustū. s. de vxore pximi

Ideo exp̄sse hoc prohibetur dum dī. Non desiderabis vxorez pximi tui. In alijs pceptis sub pecca to operis intelligit phiberi pcm mali desiderij ipsius operis: sed de mechia z furto dāt spālia z distincta precepta opis z cogitatiōis: q; cupia magis trahit ad ista. ps. Concupierūt cōcupiscētiam in deserto. i. diuersaz rez z gule z luxurie: vt i moabitis. Est āt q̄druplex grad' h' cupiscentie.

In carnali suggestione.
In sensuali delectatōe.
In rationali deliberatōe.
In audaci defensione.

Notat ista Grego. i q̄rto moraliū: dicēs. Quattuor mōis peccatū perpetratur in corde. s. cupiscendo: qđ intelligit de quolibet pcō: sed magis discernitur i cupiscentia luxurie suggestione. s. delectatione consensu z defensionis audacia. Fit autem suggestio per aduersarium: delectatio per carnē: consensus per spiritum. idest defensionis audacia per elationem. Dat exemplum de lapsu de primorum parentum dicens. Illam primi hominis rectitudinē antiquus hostis his quattuor ictibus fregit. Nam Serpens suasit: Eua delectata ē quasi caro. Adam consensit vt ratio: qui etiaz requisitus confiteri culpam p audaciam voluit defendē. d. Mulier quam dedisti mihi sociam: dedit mihi de ligno: z comedi. Hoc in humano genere quotidie agitur: qđ actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suasit: quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. Sed vt dicitur Eccī.xviij. Post cupiscētias tuas non eas: quia vt ait Ambrosius: exponens illud ps. Beatus qui tenebit z allidet: paruulos suos: idest lubricas cogitationes z primos motus concupiscentie ne vltra procedant ad petram resistentie. Raro tamen est quin ibi sit pcm: z p cipue quando quis est occasio huius cogitatiōis per distractionem sensus. Secundus gradus est per sensualem delectationem. Ad Galath.v. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ubi dicit Augustinus: q; non nullum peccatum est cum caro concupiscit aduersus spiritum. Et bea. Tho. vbi supza dicit: q; nullus euadit concupiscentiam carnis post peccatum primorum parētum propter corruptionem nature: preter christum z virginez matrem eius. Unde apostolus ad Roma. sexto. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscentijs eius: non ait non sit: sed non regnet: idest non dominetur. Est quidez peccatum concupiscentie: cum delectatur sola sensualitas: sed non dominatur cum ratio non assentit. Et vt dicit Gregorius. Nequaquam immunda cogitatio mentem maculat: scilicet per mortale: cum pulsat scilicet per suggestionem vel sensualem complacentiam. Sz cū hanc

per delectationē supat. s. assētiēdo: de pe. di. ij. sciē dū. Tertius gradus ē p cōsēsū rōis. Sic. n. eua comesto fructu potuerit subito viro: ita sēsualitas in suggestione ꝓcupie alicui⁹ mali delectata: subito suggēit rōi vt assētiat: q si cōsentit: tūc ēsi adā comedit: et mortaliter peccat in his q sūt ꝓtra ꝓcepta. De q dī Dan. xiij. Lōcupia subuertit cor tuum. Qđ fit duplicit: dū. s. ꝓsentit in op⁹ malū: vel cōsētit i morosā delectationē: qđ ēt ē mortale: sm Tho. Mat. vij. q videit mulierē ad cōcupiscēdū eā iā mechat⁹ ē ea i corde suo. j. ad Cor. x. Non si m⁹ cōcupiscētes malorū sic illi cōcupierūt et cecide runt et vna die. xxiij. milia. Quartus gradus est audax defēsio seu excusatio: Sic ꝑmus parēs cū fuisset requisit⁹ de culpa subito ēsi defendens intorsit culpā in mulierē vel eū q dederit ei in soci az. Sic peccator p⁹ ꝓsensū se excusat: vel p exēpla peius facientiū: vl diaboli tēptātis. Et huiusmōi. Jacobi ōīto. Unde bella et lites i vobis: nōne ex ꝓcu piscētijs q militāt i mēbris vīis: excusando. s. ma la rē. Dz āt conari qlibet has cōcupiscētias vicē: occasiones exteriores fugiēdo: vt malas societates et discursus: auditū et aspectū vanū. Non ꝓcupi scat pulchritudinē mulieris cor tuū: ne capiar⁊ nu tibus illi⁹ ꝑuer. vj. Qm q tetigerit picē iquinabit ab ea. Scdo p mortificationē cānis: apls ad Gal. v. Qui xpi sūt: carnē suā crucifixerūt cū vicijs et cō cupiscētijs: tertio per orōnē. Sapie. viij. Scio q ñ possū cē cōtinēs nisi tu dederis. Quarto p occupa tionē: eccl. In desiderijs ē ois ociosus. Per agꝝ pi grī hois trāsiui ait salomō totū repleuerāt vrtice cōcupiscētiaꝝ.

De ꝑceptis cerimonialibus ipsi⁹ legis sub qua druplici differentia. Capitulū quintuz.

Ecūda pars le

gis mosaice ē de ꝑceptis cerimo nialib⁹: q quidē oīno cessāt i no uo testāmto: et ꝑuari nō debēt.

Sz quātū ad moralē itelligētiā seu expositionē adhuc debēt ꝑuari. Ut Hianus i decretis: di. vi. §. vlt. dicit: q mistica mandata legꝭ ātū ad superficiē a nāli iure vident aliena. Quā tū aūt ad moralē intelligentiā: mutabilitatē nesci re ꝓbant: et sibi inueniūt annexa: ac p hoc et si sm supficiē videant esse mutata: tn sm moralē intelli gētiā nō sūt mutata. Et sic pōt itelligi illō ps. Lu stodiā legē tuā sēp in scīm et i scīm scī: q nō solū moralia: sz ēt cerimonialia legis sm moralez intel lectū obligāt semp: iō debēt ꝑuari. Sic vbigīa: q nō comedant carnes porcine: q in lege ꝓhibite: ꝑ uari nō dz: s q nō habeāt cōuersationes mores la sciui et luxuriosi: figurati p talē esū sēp dz ꝑuari.

Sed p hoc declaratōe sciēdū ꝑmo sm tho. j. Se q. ci. arti. j. q cerimonialia ꝑcepta determināt pre cepta moralia in ordine ad dēū: sicut iudicialia ō termināt ipsa moralia i ordine ad ꝓximū: puta ꝑ ceptū morale ē q qs colet et adoret deū: sz quo vel q tꝑe vel loco hoc determinabāt cerimonialia: puta offerēdo sacrificia ad tēplū: et tali tꝑe. Or dinat⁊ āt hō ad deū per debitū cultū ei⁹: et iō ꝓpe cerimōialia dicūt: qa ꝓpe ptinēt ad cultū dei. Et dicunt cerionialia ēsi munia. i. dona cereris: q di cebat a gētilibus dea frugū: eo q ꝓmū ex frugib⁹ oblatōes deo offerebant. Uel sic Ualeri⁹ maxim⁹ refert. Nomē cerimonie introductū ē ad significā dū cultū diuinū apō latinos a qdā oppido iuxta romā qō cere vocabat: eo q roma capta a gall. il luc sacra romanorū ablata sūt reuerēdissime ha bita: Tho. ꝑma se. q. xcix. arti. iij. Uel cerimonia lia a cereis qui in solēnitatib⁹ accēdūt. Ul fm ali os cerimonialia quasi norme. i. regule salutis: sed iste due vltime expositōes nō sūt ita ꝓpie. De ip sis autē cēmonijs dixit dns moisi. exo. xviij. Esto tu pplo i his q ad deū ptinēt vt referas que dicūt ad eū ostendesq pplo cerimonias et ritum colen di. Sciendum āt q oia cerimonialia sūt figu ralia. Unde apls ad col. scdo inqt. Nemo vos iudi cet in cibo aut potu: aut in parte diei festi: aut neo menie: aut sabbatorū que sunt vmbra futurorum idest figura. s. christi et populi christiāi et sacmēto rum et morum ipsorum. Pro cuius declaratione notandū sm Tho. ꝑma secūde. q. ci. arti. ij. q cuz ꝑcepta cerimonialia ordinentur ad cultū dei: vt dictum ē: duplex est cultus dei. s. interior et exteri or. Et cum homo sit compositus ex anima et cor pore: vtrūq; dz applicāi ad colendū deū: vt. s. aia colat interiori cultu: et corpus exteriori sm illud. ps. Cor meū. i. aia et caro mea exultauerūt in deū viuuz. Et sicut corpus ordinatur ad aiam: ita cul tu exterior ad interiorem. Cultus autem interior consistit in hoc: q anima cōiungatur deo per itel lectū et affectū: et ideo ꝑz q diuersimode intellect⁹ et affectus colentis deum cōiungit deo: sm hoc di uersimode actus exteriores hōis ad cultuz dei ap plicant. In statu eni future beatitudinis: itellectus humānus ipsam diuinam essentiam in seipsam in tuebitur. Et ideo exterior cultus non consistit ibi in aliqua figura: sed solum in laude dei: que pro cedit ex interiori agnitione et affectione perfecta: secundū illud Jsai. li. Gaudium et leticia inuenie tur in ea: gratiarum actio et vox laudis. In statu autem ꝓsentis vite: non possumus diuinam ve ritatem in seipsam intueri: sed oportet q radius diuine veritatis nobis illuscescat: sub aliquibus sensibilibus figuris: vt dicit Dyo. diuersimode tn scom diuersum statum cognitionis humane. In veteri enim lege neq; ipsa diuina veritas in seipsa manifesta erat: neque etiam adhuc propalata erat via ad hoc perueniendi. Sicut dicit

Capitulū quintū.

apl's ad hebre. vij. Et ideo oportebat exteriores cultum veteris legis nō solū esse figuratiuū future vitatis manifestāde i pria: sz et figuratiuū xpi q̄ e via ducens ad illā patrie vitatem. In statu vo noue legis hec via iā reuelata ē. vñ hāc pfigurari nō oz sicut futaz: sz cōmemorari p modū pteriti l' pntis: vt mysteriū passiōis: resurrectōis z huiusmōi: z exhibitio sacmēto. Sz solū oz pfigurari futaz vitatem glie: nōdū reuelatā: qō fit in ipsis sacmētis z sacramentalib'. Et hoc ē qō apl's dic ad hebr. x. Umbrā hns lex futoz bonoz: nō ipaz imaginē rez. Umbra. n. m' ē q̄ imago tāq̄ imago ptineat ad nouā legez: z ūbra ad veterē. Nec ob. q̄ lex ppl'o dāda oz ee manifesta fm Jsido. o. iij. Erit āt. Quia dīna ñ sūt reuelāda hōib': nisi fm capacitatē eoz: alioq̄n oret eis mā pcipicq̄: dū cōtinerent q̄ cape nō possent. Et iō vtil' fuit vt sub q̄dā velamie figūa z dīna mysteria dei ppl'o traderēt: vt saltē ea ipli cite cognoscerēt: dū ill' figur' deferrēt ad honorē dei.

Jpa autē cerimo. §. I.

nialia pcepta sunt multiplicia: fm illud osee. viij. Scribā eis multiplices leges: h' āt rō ē fm tho. j. se. q. cj. arti. iij. q: ois lex dat alicui ppl'o. Jn ppl'o āt sunt duo genera hoīuz. Quidā ꝓni ad malum: Et hi sunt p pcepta legis cohercēdi. Quidā sūt hītes inclinatōem ad bonū: vel ex nā vel ex ꝓsuetudine, vel magis ex gīa: z tales sūt p leges pcepta instituendi: z in melius ꝓmouendi. Quātū igit ad vtrūq̄z genus hoīum fuit expediēs multiplicāi cerimonialia i veteri lege. Quia. n. in illo ppl'o alicq̄ erant proni ad idolatriā: cui multipliciter idolatrie gentiles deseruiebant: oportebat ecōuerso mlta instituī cerimonialia: ad singula reprimēda et multa talibus ipoñi q̄si honeratis ex his que ad cultū dei ipendebāt: non vacaret eis idolatrie deseruire. Ex parte vo eoz qui proni erant ad bonū: fuit necc̄aria multiplicatio cerimonialiū: tū quia per hec diuersimode mens eorum referebatur in deū: z magis assidue: tū et q: mysteriū xpi qō per huiusmōi cerimonialia figurabat: mutiplices utilitates ꝓtulit mūdo: z multa circa ipsū erāt cōsiderāda: q̄ oportuit per diuersa cerimonialia figūari. Diuidūt āt ista cerimonialia pcepta i. iij. genera. s. sacrificiū: sacra: sacmētū z obseruantia. H' rō ē fm tho. vbi supra. arti. iij. q: cerimonialia pcepta ordinant ad cultum dei: in q̄ q̄dē cultu cōsiderari pōt z ipse cultus: z colētes: z instrumenta colendi. Ipse āt cultus spāliter cōsistit i sacrificijs: q̄ in dei reuerentiaz offeruntur. Jnstrumēta autē colēdi ptinēt ad sacra: sicut ē tabernaculū z vasa z alia huiusmōi. Ex pte āt colētiū duo pñt ꝓsiderari. s. z eoz iustificatio ad cultū diuinū: qō fit p q̄ndā ꝓsecratōz l' ppli l' mistioz. Et ad hec ptinēt sacmēta. Et iteꝝ eoz singulari cōuersatio: p quā distinguūt ab his q̄ deū nō colūt. Et ad hoc ptinēt obseruātie: puta i cibis vestimēt': z i alijs huiusmōi.

De sacrificiis ue[ter]. §. II.

ter' testamēti i lege mādatis: q̄re istituta sūt: z q̄d significarūt dr Leuit. j. Adolebat ea sacerdos super altare i holocaustū z odorē suauissimū dño. Di cū illa sacrificia odorē pstare dño suauissimū: q: deo erāt accepta. Nō q' de' ill' idigēt. ps. Nunq̄d māducabo carnes thaurorū. Aut q' illa de se placēnt deo: tāq̄ expiatiua culpaꝝ. Un dic apl's ad hebr. q' sacerdos offebat sepe hostias: q̄ nūq̄ pñt auferre pcā: sed pp rōes pp quas offerebant grata hēbat. Assignatur āt triplex rō illoꝝ sacrificioꝝ: q̄re talia aialia vel alia offerebant: z tali mō fm tho. j. scde. q. cij. arti. iij.

Propter idolatrie detestatōem cuitādā.

Propter offerentis dispositionē signādaz.

Propter xpi passionē figurandam.

Prima z ba rō ē litteral'. iia mistica z figuralis. Et ad hoc pōt induci illud ps. Sacrificiū z oblatōem noluisti: aures āt pfeci. mi. Holocaustū z p peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. q. d. Sacrificiū z oblationē noluisti: propter se: quasi delectaberis illis rebus: sed ꝓpter idolatriā vitandā. Et ē sacrificiū in aialibus: oblatio in alijs terre nascentibus. Aures aūt pfecisti mihi. i. dedisti mihi perfectū intellectū in his: ut intelligerē mentis dispositionem: quam requiris i offerente tibi placitam: z hoc quo ad scām. Holocaustum z p peccato non postulasti: que erant precipua inter sacrificia: tunc. s. cum dixi per affectū ecce venio. s. i mundum ad sustinendam passionē. Nunc ergo ímpleta figura illoꝝ sacrificioꝝ nō postulo ímo respuo illa sacrificia: que figurabant istud perfectum sacrificium. Quantum ḡ ad pmum: dic Hiero. xxij. q. j. Consídera: q' cuz' iudei essent proni ad idolatriā: in qua gentiles offerebant aialia occisa dijs suis: voluit vt iudei potius illa offerrēt deo in honorem suū: q' dijs seu demonijs: z sic retraherentur a sacrificijs idolorum. Unde ñ fuerit data illi populo pcepta de sacrificijs nisi postq' declinauerūt ad idolatriam adorando vitulum cōflatilem: z hinc est q' illa animalia que nō offerebant egiptij: inter quos erant conuersati dijs suis: vt oues z boues z arietes. illa iussi sūt offerre: non alia que offerebant gentiles dijs suis. Et pp hoc ēt ꝓhibebat deo offerri sanguis aialiū: z adipem: z mel: z fermentuz: q: ista offerebant gentiles in suis sacrificijs. Aues offerebantur: vt turtur: Pulli columbarum et passeres: propter pauperes qui non poterant in alijs animalibus multum expendere. Harum autem auium est copia in illis partibus. Non autem offerebantur pisces in sacrificium: quia cum in aquis

¶ Sacramentū ueteris legis. q' institutum fuit.

¶ Parua cerimonialia dicuntur multa q̄ circa gma.

Ordinare rem in deo suo finē dz.

viuāt: magis sunt alieni ab hoīe q̄ alia animalia: que viuunt in aere. Modus etiā occidēdi quedaz aialia vt aues: determinabat a lege: ad excludendum ēt idolatraz modū quē tenebant. Quā tū ad ſm dic̄ tho. vbi supra: q̄ p sacrificia repūtabat ordinatō mētis i deū: ad quā excitabat sacrificiū offerens. Ad rectā āt ordinationē i deū ptiet: q̄ oia que hz q̄s: recogſcat a ō tā q̄ pmo pncipio & ordinet in deū tā q̄ in vltimū finē. Et hoc repūtabat i sacrificijs & oblatōibus: ſm q̄ hō ex reb' suis q̄ſi in recognitionē q̄ ea hīet a deo: i honorez dei ea offēbat ſm illud qō dixit dauid. j. paralip. xxix. Que de manu tua accepim': dedim' tibi. Et ideo in oblatōibus sacrificioz ꝓtestabat homo: q̄ de' esset pmuz pncipiū creatōis rez: & vltimus finis: ad quē essent oia referēda: vt mēs humana non recognoscat alium actorez primū rez nisi solum deū: nec in alio finē suū cōstituat. Et ꝓpter hoc prohibet in lege sub pena mortis: nō offerri sacrificiū alteri nisi deo soli. Exo. xxij. Offerebāt aūt aialia occisa & coquebantur: q̄ sic veniunt talia in vsum hominum: ſm q̄ a deo dantur ad esum hominum. Silr etiam per occisionem illoruz aialiū significabat destructō pcōz: q̄ oz esse in offerētibus deo sacrificia bonoz opuz. Un̄ gl. Leuit. pmo. Uitulum offerim' cū supbiā auertimus. Agnum cum irrōnabiles motus corrigim'. Edum dum la-ciuiam supamus. Turturē: dum castitatem seruamus. Azimos panes: cum azimis ſincerit atis epulamur. In columba signātur simplicitas & charitas mentis. Gallina & porcus non offerebant: q̄ hz immūdū nutrimētū. Deo āt q̄ō est puz & mundū tribuendum ē. Aialia vō silue stria nō sūt cōiter hominum vsui deputata. Maculosa ēt aialia: clauda & huiusmōi ꝓhibebātur offerri: q̄ vt ait Hier. di. xlix. ca. vltio. Indignuz est dare deo que dedignatur homo. Et q̄ signat defectus mentis a q̄bus offerentes debēt cauē: Et notandū ſm Thomā vbi supra: q̄ triplex ē genus sacrificiorum: quod mādabatur offerri: q̄ō ſciliz designat triplicem statuz fidelium. Primum dicebat holocaustū q̄ō interpretat. q. totū incēsuz. q̄ totū aial offerebat & cremabatur ad honorez diuine maiestatis: & amorē sue bonitatis. Et signat statū perfectionis in obseruatōe cōſiliorum: quibus q̄s totū se deo & oia sua offert i honorē suū: nihil sibi reseruās. Aliud dicebat sacrificiū ꝓ pcō: qa offerebat deo ꝓ remissione peccati: & cōuenit statui penitētiū in satisfactōe pcōz: q̄ō sacrificiū diuidebat in duas partes: quaz vna incendebat: alia cedebat i vsū sacerdotis ad significandum q̄ expiatio pcōz fit a deo p misteriū sacerdotuz p sacramēta: & hoc nisi cū offeret ꝓ pcō sacerdotis tūc etiā totum comburebat: ad innuendum q̄ nil peccati remaneret in sacerdote. Tertium dicebat hostia pacifica q̄ō offerebatur deo ꝓ gratiaz actiōe vel ꝓ salute & ꝓsperitate offerentiū: ex debito bñficij accepti vel accipiendi. Et conuenit statui proficientium in obseruatione mandatoz. Et diuidebatur tale sacrificium in tres partes. quaruz vna cedebat in honorē dei: que. ſ. comburebatur. alia in vsum sacerdotis. Tertia in vsum offerentium. Ad figuranduz q̄ salus hominis prouenit a deo mediantibus sacerdotibus vt ministris dei: & cooperantibus hominibus ipsis qui saluantur. Sacerdotum autem erat pectusculum & armus dexter animalis: ad designandum: q̄ debet habere sapientiam cordis ad instruendum populum et fortitudinem que designatur in armo dextro ad sustentandum defectus. Sacrificate ergo ait ps. sacrificium iusticie. Non sacrificia animalium: quia holocaustum pro peccato non postulasti: sed sacrificium iusticie: idest bonorum operum: secundum istum triplicem statum. Quantum ad tertium dicit Tho. ubi supra: q̄ inter omnia dona que deus humano generi per peccatum lapso dedit: precipuum est q̄ dedit filium suum Johannis. iij. Sic deus dilexit mundum: vt filium suū vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum nō pereat: sed habeat vitam eternam. Et ideo pretiosissimum sacrificium est quo se obtulit deo patri in odorem suauitatis: vt dicitur ad Hebre. quito. Et propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in lege: vt hoc vnum principale & precipuum figurarent tanquā perfectum per imperfectum. Unde ad Hebreos. x. Christus vnam semel pro peccato obtulit hostiam in sempiternum. Et sic omnia illa figurabant christi passionem. Unde glosa. Leuit. primo. Christus in vitulo offertur: propter virtutem crucis. In agno propter innocentiam. In ariete propter principatum. In hirco propter ſimilitudinem carnis peccati. In turture & columba duarum nāz conuictio designat. Ul' in turture castitas eius. In columba charitas insinuatur. In oue pacientia vel obedientia. Offerebantur & panes a pauperib' qui etiam figurabāt xp̄m: qui ait. Ego sum panis viuus. Joan. vj. Ul' farinam: uel spicas. Et christus spica fuit in statu legis nature. In fide patrum vt ſimila. In lege & doctrina prophetaruz: sicut panis formatus post assumptionem humanitatis igne spiritusſancti coctus in clibano vteri virginalis: i sartagine coctus per labores sue cōuersationis in mundo. In cruce quasi in craticula adustus. Uinum q̄ō aliquando offerebatur significat sanguinem suum. Oleum gratiam eius. Sal sapientiam ei'. Thus deuotionem orationis. Tunc ergo cuz noluit deus amplius sacrificia iudeorum dixit dei filius. Ecce venio et in me perficio: et impleo omnia sacrificia.

ꝑ sacrificioz finē.

ꝑ sacrificioz tripl'ē genꝰ.

¶ tēplū ē trīe. ſ. ſinagoga. eccā et gīa.

Capitulū quintū.

Deſcda parte. .H.III.

cerimonialiū: q̄. ſ. dicūtur ſac: ⁊ ptinent ad tēpluz ⁊ vaſa ei⁹: dic aplus ad hebre. viij. q̄ illi: q̄ offerūt ſm legez munera. i. i tēplo deſeruiūt exēplari etiā vmbre celeſtiū: ſicut rñſuz eſt moiſi cū cōſumaret tabernaculū: vide iā ꝯ oia: ⁊ facito ſm exēplar qđ tibi in mōte mōſtratū eſt. vbi dicit. b. tho. j. fe. q. .cij. arti. iij. q⁹ tot⁹ exterior cult⁹ dei ad hoc ordinatur: vt hōies deū in reuerentia hēant. Hoc. n. hz human⁹ affectus vt ea q̄ cōia ſūt ⁊ nō diſtincta ab alijs minus reuerētur. Ea vo q̄ hñt aliquā excellētie diſcretionē ab alijs: magis admirat ⁊ reueret. vñ ⁊ hoiuz cōſuetudo inoleuit: q⁹ reges ⁊ ꝑncipes q̄s oz i reuerentia hīi a ſubditis: ⁊ p̄cioſiorib⁹ veſtibus vtāt: ⁊ āpliores hitatōes inhitēt. Propter hoc oportuit vt ſpālia tēpla ⁊ ſpāles ornar⁹ ⁊ vaſa: ⁊ ſpāles miſtri ad dei cultū ordinarēt: vt p hoc ai hoiuz ad maiorē reuerentiā dei inducēnt. Inſu per ⁊ ſtatus veteris leḡ erat ordinat⁹ ad ſignificā dū myſteriū xp̄i. Oz āt eſſe aliq̄d determinatū id p qđ aliud figurari oz: vt. ſ. aliquā ei⁹ ſilitudinē rep̄ ſētet. Et iō oportuit aliq̄ ſpālia obſeruari ad cultū dei: ⁊ circa tēplū ei⁹. De q̄ pōt iduci illud ps. Adorabo ad tēplū ſctuz tuū i timore tuo: p̄cipue reuerē tiali. Adorare pertinet ad cultū dei exterioꝛē. Sz ſciendū q⁹ triplex ē tēplū. Et de quolibz pōt dauid icū illud intelligi.

Eſt ſinagoge materiale.
Eſt eccleſie ſpirituale.
Eſt glorie ſupernale.

Et q̄tuz ad primū ſciendū ſm tho. vbi ſupra: q⁹ cū cult⁹ dei duo reſpiciat. ſ. deū q̄ colit: ⁊ hōies colentes: certū eſt q⁹ ipe de⁹ q̄ colit nullo loco clau dit. vñ ꝓpter ipſū nō oportuit facē tēplū vl̄ tabernaculū: ſed ꝓp̄ hoies colētes: q⁹ corporales ſūt: oz ꝓpter eos facē tabernaculū vel tēplū ad cultū dei ꝓpter duo. Primo vt ad hūc ꝓueniētes cū hac cō ſideratiōe: q⁹ ille loc⁹ deputat⁹ eſt ad colēdū deū: cuz maiori reuerētia ꝓuenirēt. Scdo vt p diſpoēz talis tēpli vl̄ tabernaculi: figurarent aliq̄ ptinētia ad excellētiā diuinitatis vel humanitatis xp̄i. Et hoc eſt qđ ſalomō dixit. iij. reg. viij. Si celū ⁊ celi celoꝝ te cape nō p̄nt: q̄to magis nec dom⁹ hec quā ego edificaui tibi. Et paulo p⁹ ſubdit. Sit ocli tui apti ſup domū iſtā die ac nocte: de q̄ dixiſti. Erit nomē meū ibi: ⁊ exaudies deꝓcationem ſui tui ⁊ ppli tui iſrael. Ex quibus pz q⁹ tēplū vel taberna culū nō ē factū: vt deū inhitātē capiat: ſz vt nomē dei ſit. i. noticia dei manifeſtet p ea q̄ ibi fiūt ⁊ di cunt. Et q⁹ ꝓpter reuerētiā loci oꝛoes ſint magis exaudibiles ex ꝺuotōe facientiū eas. Adorabo ḡ ad tēplū ſāctū tuū in timore tuo. Et vī loq̄ de taberna culo Moiſi. Nā adhuc nō erat factū tēplū: ſz ip ſū fecit ſalomō fili⁹ ei⁹ qđ tēplū ſucceſſit taberna culo. q⁹ tp̄re moiſi non hēbant firmā māſionē cū tes p ōſtū. Et p⁹ ea tp̄e iudicū ⁊ vſq; ad ſalomonē fuerūt i bellis ꝓtra finitimos: iō nō potuēt apte hīe firmū tēplū ſz loco ei⁹ tabernaculū portatile. Cū āt fuit i q̄ete tp̄e ſalomōis: tūc factū eſt tēplū. Factū ē āt vnū tēplū vel tabernaculū ñ plura: ad euitādā idolatriā gentiliū: q̄ plura tēpla diꝝ ſuis faciebāt: ⁊ vt firmaret i mētib⁹ hoiuz fides vnita tis diuine nāe. Et ad deſignādam vnitatē eccleſie militāt⁊ ⁊ triūphātis. Erāt tñ in populo iudeorū multe ſinagoge vbi. ſ. docebāt populū. Sz vnum tñ tēplū. vbi offerebāt ſacrificiū. Sic āt p vnitatē tabernaculi vel tēpli illi⁹ ōſignabat vnitas dei: ita p diſtinctōem ei⁹ in partes. ſ. in ſancta: ⁊ ſctaſcto ruz: ſignant diſtinctio eoꝝ quē ſūt deo ſubiecta. Diſtinguebatur ergo illud tabernaculuz vel tem plum ſic. Quia vna pars principalior eius dicebatur ſanctaſanctoꝝ: ⁊ erat verſus occidentem: verſus quam fiebat oratio ad excludendā idola triaz: q⁹ gentiles adorabant ad orientem ob reue rentiam ſolis: reputantes illū deū. Et in iſta parte que in tabernaculo erat ſpacij. x. cubitoꝝ i lō gitudine ⁊ latitudine. Erat archa dei de lignis ſe thim facta: ⁊ deaurata intus ⁊ extra. In qua ar cha erant tria ſcilicz tabule decalogi: virga aaron que fronduerat: ⁊ urna aurea habens manna. Super archam erat quedā tabula ſubleuata q̄ſi ſedes: que ſuſtentabatur ab alis cherubin: qui ibi erant ſculpti de ligno oliuarum: poſiti vnus ab v no latere: alius ab altero: reſpicientibus ſe mutuis vultibus: ita q⁹ archa erat in medio eorum. Et di cebatur illa tabula propiciatoꝝium: quaſi extima retur ſedes dei. vñ ꝓpiciaretur populo: ⁊ exaudi ret oꝛones eoꝝ. Juxta illud. Qui ſedes ſup cheu bin ꝛc̄. Ante iſtā partē ſāctaſāctoꝝ: erat velum quoddā intextū ex quattuor coloꝛibus. ſ. biſſo: ia cincto: purpura: ⁊ cocho biſtincto. Quod velum ſuſtentabatur columnis aliquibus: ⁊ diuidebat ſancta a ſanctaſanctoꝝ: occultans que erāt in ſanctaſanctoꝝ. In loco vero ſeu parte illa tem pli vel tabernaculi erant tria. ſcilicet candelabrū aureum cum haſtilibus. vij. ⁊ lucernis. vij. aureis ex parte auſtri: ⁊ menſa aurea: ſuper qua contīue erant. xij. panes: qui dicebantur propoſitionis: et in medio altare aureum: quod dicebatur altare thimiamatis ſuper quod incenſabatur cum thu ribulo aureo. Ante vero iſtam partem que dicit ſcta erat atriū in tēplo qđ fecit ſalomon. ubi erat altare holocauſtoꝝ cōcauū: ſup qđ erat craticu la ferrea. vbi ponebant animalia occiſa ad cōbu rendum in ſacrificium: ⁊ ſubtus cratem ideſt in illa concauitate altaris ardebat ſemper ignis. Et ſuper illud altare offerebant ſacerdotes ſacrifi cia in conſpectu populi. In locum autem qui dicit ſancta: intrabant ſoli ſacerdotes pro certis

¶ dmū tēpli erat ſolū in ꝓto jude oꝛo. et multe ſinagoge. et ſor in ſcīs.

¶ in tēplo ꝙ ꝓmi⁹ ſtebat ſcā ſcoꝝ.

¶ in tēpli archa tā erāt

¶ in tēplo erat lomy dpunto q̄ ſtebat ſm.

¶ templi atria sancta templo.

